Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Paciani Barcelonensis episcopi opuscula edita et illustrata

https://hdl.handle.net/1874/223244

A v. 192
Lit. 1096

Ph. H. PEYROT

PACIANI BARCELONENSIS EPISCOPI

OPVSCVLA

94
92

A. qu.
192

PACIANI BARCELONENSIS EPISCOPI

OPVSCVLA.

RIJKSUNIVERSITEIT TE UTRECHT
1913 8357

PACIANI BARCELONENSIS EPISCOPI

OPVSCVLA EDITA ET ILLVSTRATA.

Dissertatio Litteraria Inauguralis

QVAM

EX AVCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

M. Th. HOUTSMA,

IN FAC. LITT. ET PHILOS. PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATVS ACADEMICI CONSENSV

NOBILISSIMÆ FACVLTATIS PHILOSOPHIÆ ET LITTERARVM DECRETO

PRO GRADV DOCTORATVS

SVMMISQVE IN LITTERARVM CLASSICARVM DISCIPLINA

HONORIBVS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQVENDIS

FACVLTATIS EXAMINI PROPONET

PHILIPPE HENRI PEYROT

NEOMAGENSIS.

D. I M. MAI A. MDCCCXCVI, Hora III.

ZWOLLÆ

TYPIS J. J. TIJL HEREDVM

MDCCCXCVI.

UNIVERSITEITS BIBLIOTHEEK UTRECHT

PATRI OPTIMO CARISSIMO

FRATRI CONIVNCTISSIMO

MATRIS DVLCISSIMÆ PLÆ MEMORIÆ.

Academiae Rheno-Traiectinae uale dicturus gratissimo animo recordor uirorum clarissimorum et institutionem et beneuolentiam, quibus esse usum dulce semper mihi erit.

In primis tibi, clarissime VAN DER VLIET, *promotor aestumatissime, gratias ago maximas pro auxilio, quod semper in studiis meis, praesertim in hoc opusculo conscribendo mihi tulisti. Per uitae cursum tali praeceptore utinam ne sim indignus!*

Te quoque appello, clarissime VAN HERWERDEN, *quippe cuius imago semper ante oculos mihi sit uersatura propter egregiam beneuolentiam tuam erga me et in commilitones meos.*

Tu, clarissime VAN DER WIJCK, *grates meas benigne accipito, qui in domum tuam saepissime comiter me recepisti. Nomen tuum, crede mihi, semper animo gratissimo, summa pietate pronuntiabo.*

Quamquam te, clarissime KRÄMER, *per exiguum modo tempus audire potui, lectiones tuae et ardor, quo iuniorum animos ad historiae studium incendis, numquam e memoria mea euanescent.*

Vestri quoque semper memor ero, clarissimi FRANCKEN *et* WIJNNE, *nunc iam rude donati. Si quid pia uota possunt, diu adhuc otio cum dignitate fruemini.*

PRAEFATIO.

De Paciano nemo scriptorum ecclesiasticorum ueterum agit nisi Hieronymus in libro de uir. ill. c. 106: »Pacianus« inquit »in Pyrenaei iugis Barcelonae episcopus, castitate et eloquentia, et tam uita quam sermone clarus, scripsit uaria opuscula, de quibus est Ceruus, et contra Nouatianos. Sub Theodosio principe, iam ultima senectute mortuus est,« e quibus uerbis manifesto apparet quam magni sit habitus Pacianus. Ceterum quo anno natus sit, quo anno mortuus, prorsus ignoramus. Hoc tantummodo statui potest, diem supremum obiisse illum ante annum 392 p. Chr. n., nam eo anno Hieronymus librum suum de uir. ill., quo agit de omnibus scriptoribus ecclesiasticis inde a temporibus Iesu Christi usque ad tempus suum, confecit [1]); commemorat autem, quod uidimus, Paciani mortem.

Habuit Pacianus filium, unde facile suspicamur, eum matrimonium iniisse. Nam Hieron. l. l. eum laudat propter castitatem uitae, quod de moecho, quantumuis pae-

[1]) Hieron. de uir. ill. praef.: „hortaris, Dexter, ut Tranquillum sequens ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram et, quod ille in enumerandis gentilium litterarum uiris fecit illustribus, ego in nostris faciam, id est ut a passione Christi usque ad decimum quartum Theodosii imperatoris annum omnes, qui de scripturis sanctis memoriae aliquid tradiderunt, tibi breuiter exponam." ib. cap. ult. (135): „Hieronymus patre Eusebio natus, oppido Stridonis .... usque in praesentem annum, id est Theodosii principis decimum quartum, haec scripsi," deinde enumerat scripta sua.

nitente, haud accipi licet [2]). Oriundus porro erat genere non ignobili, quod uel apparet e muneribus, quibus functus est filius eius Dexter, de quo agit Hieron. de uir. ill. c. 132 [3]) et in libro contra Rufinum 2. 24: »ante annos« ait »ferme decem, cum Dexter amicus meus qui praefecturam administrauit praetorii, me rogasset, ut auctorum nostrae religionis ei indicem texerem« cet.. Fuit igitur Dexter praefectus praetorio, idque anno 395 imperante Honorio, ut testatur prosopographia codicis Theodosiani [4]). Fuisse eum comitem rei priuatae imperante Theodosio anno 387 e legibus diuersis colligit Tillemont [5]).

Maximas difficultates in Hieronymi uerbis mouit illud de quibus est Ceruus [6]). Legitur in Fabricii bibl. eccles. p. 196 annotatio Ernesti Salomonis Cypriani: »de quibus

[2]) Fr. Biuarius (in uita Fl. Dextri Chron. praefixa) ex laude Hieronymi concludit, ex legitima uxore nondum episcopum Pacianum suscepisse filium. Notum tamen est antiquis temporibus matrimonium inhonestum clericis habitum non esse.

[3]) Dextro illi Hieronymus dedicauit opus suum de uir. ill.; cf. c. 132: „Dexter Paciani, de quo supra dixi, filius clarus apud saeculum et Christi fidei deditus, fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi." Fuit igitur et scriptor Dexter ille.

Extat adhuc Chronicon nomine L. Flauii Dextri, editum anno 1620, quod tamen, ut iam uiderunt Miraeus et Bollandus, et post eos omnes uiri docti, opus est suppositicium. cf. Teuffel, Röm. Litt. ed. 4. § 435. 6.

[4]) cf. Cod. Theod. tom. VI. part. II. p. 49.

[5]) Tillemont, mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique cet. tom. 8. part. 2. p. 898: „on voit par diverses lois qu' il était intendant du domaine en 387 sous Théodose." cf. Migne, Patrol. XIII. 1051. (proleg. ad Pac.). Facile lectorem in errorem inducat Teuffel, Röm. Litt. § 434. 11 scribens: „die Schrift de uiris illustribus (agit de Hieronymo) ist verfaszt J. 392 und gewidmet dem praef. praet. Dexter," quasi iam eo anno praefectus praetorio fuerit Dexter. Dicere uult uir egregius librum de uir. ill. anno 392 confectum dedicatum esse Dextro, qui postea praefectus praetorio factus est.

[6]) Commemorat et hoc opusculum Freculphus Chron. part. 2. lib. 4. cap. 29. p. 505 hisce uerbis: „Pacianus Barcelonae episcopus scripsit uaria opuscula, de quibus est Ceruus et contra Nouatianos." Descripsit igitur Hieronymum.

est κέρβος. haec omittit codex noster, ideo forte, quod ignorarent scribae quid sit κέρβος. Docta est Colomesii obseruatio ex ms. codice bibliothecae Lambethanae legendum esse: de quibus est Ceruus. Κέρβος enim ex Sophronii [7]) uersione in Latinum textum irrepsisse opinatur, cum Ceruus genus esset lusuum, quibus gentiles in Gallia caperentur, quemque morem Pacianus libro castigauerit, cui titulus Ceruus.« [8])

Iam ex omnibus codicibus Hieronymi, qui adhuc extant, unus solus uerba Ceruus et omittit, scilicet Parisiensis 12161, saeculi VII [9]). Erasmus in exemplari, quod legit, inuenit lectionem certus, quae nihili est, eamque in Ceruus mutandam esse putat.

Re uera extant ludi quidam profani nomine Ceruula uel Ceruulus. Commemorantur ii in sermone, Augustino attributo, locis compluribus [10]). Quid, quod ipse Pacianus noster de ludis his loquitur [11]) profiteturque se contra Ceruulum

[7]) Versionem hanc Graecam opusculi Hieronymiani Sophronio attribuit Erasmus nitens libro ms. quodam. Assentitur ei Vossius pater, sed Is. Vossius filius contendit Sophronio eam attribui non posse, quippe quae sit ualde uitiosa et manifesto ostendat, auctorem linguae Graecae non esse peritum. Vossium refutat Huet, de optimo genere interpretandi.

[8]) Nic. Antonius (in bibl. Hisp. uet. l. 2. c. 7. p. 149) suspicatur legendum esse κέρνος, quod uas fictile in uarios loculos distinctum, fructibus uariis repletum, in sacris adhiberi solitum notat, adeoque hoc uocabulo designari uarium opus siue στρῶμα quoddam ex pluribus sententiis argumentisque contextum.

[9]) cf. Teuffel, Röm. Litt. § 422. 4.

[10]) cf. Aug. s. p. 130. p. 236 a: „ceruulum facientes in ferino se uellent habitu commutare." ib. p. 235 c.: „indui ferino habitu et ceruo aut capreae similem fieri." Aug. serm. de tempore 215: „si adhuc agnoscatis aliquos sordidissimam turpitudinem de hinnula uel ceruula exercere, ita durissime castigate, ut eos paeniteat rem sacrilegam commisisse," et aliis locis.

[11]) paraen. c. 1: „hoc enim, puto, proxime Ceruulus ille profecit, ut eo diligentius fieret quo impressius notabatur et tota illa reprehensio dedecoris expressi ac saepe repetiti non compressisse uideatur, sed erudisse luxuriam. Me miserum! Quid ego facinoris admisi! Puto, nescierant Ceruulum facere, nisi illis reprehendendo monstrassem."

librum conscripsisse, sed quo magis ipse pugnasset contra morem illicitum, eo magis ludum in hominum animos irrepsisse. Satis igitur mihi constat ueram esse lectionem Colomesii, neque curo sitne scribendum Ceruum an deminutiuum Ceruulum, quamquam confiteor illud uno tantummodo loco me reperisse, scilicet apud Ambros. in ps. 41: »sed iam satis in exordio tractatus, sicut in principio anni, more uulgi Ceruus allusit.« [12])

Fuerunt autem ludi profani, quibus ethnici et pagani Kalendis Ianuariis beluarum, pecudum et uetularum assumptis formis huc illuc discursare et lasciue sese gerere solebant, quod a christianis non modo proscriptum, sed etiam postmodum institutum est, ut eo die ad calcandam gentilium consuetudinem priuatae fierent litaniae et ut ieiunaretur [13]). Quidquid hoc est, Paciani opus illud ad nos non peruenit.

Supersunt epistulae tres ad Sympronianum quendam Nouatianum, uulgo hoc modo inscriptae:

I de catholico nomine
II de Symproniani litteris
III contra tractatus Nouatianorum.

Praeterea habemus paraenesin siue exhortatorium libellum ad paenitentiam, denique sermonem de baptismo.

Plura tamen adhuc scripsisse Pacianum, uerisimile est uel ex uerbis Hieronymi: »scripsit uaria opuscula, de quibus est Ceruus et contra Nouatianos,« cum uaria opuscula procul dubio plura opuscula dixerit Hieronymus quam Ceruulum, Paraenesin et Sermonem de baptismo. Praeterea

---

[12]) Forma deminutiua haud scio an sit explicanda e contemptu, quo de ludo illo agunt ecclesiae scriptores.

[13]) cf. Concil. Toletanum IV. can. 10. Plura de hoc ludo scire cupientem remitto ad Du Cange, Glossarium Lat. s. u. Ceruula. id. Gloss. Gr. s. u. κερβούκολος. Tillemont, mém. tom. 8. part. 2. p. 896 sqq..

ipse Pacianus in ep. III. c. 27 i. f. [14]) quartam epistulam ad Sympronianum se daturum pollicetur, quae epistula tamen aut numquam est scripta aut interiit. Propter notum tamen studium atque ardorem scriptoris nostri hoc potius crediderim.

Quis autem fuerit ille Sympronianus [15]) prorsus latet. Videtur habitasse in urbe [16]), non ita procul a Barcelona dissita, ubi solus uel cum paucis doctrinam Nouatianorum sequeretur, cum incolae ceteri omnes essent catholici [17]). Iam certior factus de Paciani studio atque ardore in fide catholica diuulganda, litteras ei misit, quibus eum rogabat, ut rationem redderet de fide catholica, episcopum iam uincendi certus quasi ad certamen prouocans. Gloriabatur »per totum orbem nullum inuentum esse qui se reuinceret aut persuadere posset contra quam crederet« [18]), et contendebat

[14]) „subiungam, cum uacuum erit, et aliam epistulam, in qua non uestra redarguam, sed nostra proponam."

[15]) De forma nominis Symproniani contingit mihi cum lectore communicare posse sententiam uiri cl. Boissevain, professoris Groningani: Sympronianus (Simpronianus) ortum est ex Symphronianus (Simphronianus), ut Syntropus (C. I. L. 2, 1889. 6113) ex Syntrophus, Stepanus (6257) ex Stephanus, Semperusa (1329) ex Symperusa. Vt igitur a Sophron fit Sophronius (C. I. L. 12, 880), ita a Symp(h)ron (σύμφρων) Symp(h)ronius et inde Symp(h)ronianus. Quam saepe littera y per i scribatur nil est quod moneam. cf. Idatius, Idacius — Hydatius. Forma igitur nominis prorsus est Graeca, nec scribenda Sempronianus (in quam sententiam facile aliquis incidat respecto loco codicis *R*, qui in inscriptione epistulae I^ae habet: „incipit epistula Paciani episcopi ad Semprotianum nouatianum." Peyrot.). Exempla enim talis uocalis mutationis nobis non suppetunt. Ceterum formae corruptae Semprotianus ἀνάλογον est Semperusa pro Symperusa.

[16]) quam Barcelonae urbem esse temere putat Tillemont p. 893.

[17]) cf. ep. III. 25 i. f.: „duc in digitos nostrae plebis examina nec illa modo, quae toto orbe diffusa sunt cunctis plane regionibus, sed haec, frater Symproniane, quae tecum in proximis finibus et uicina urbe consistunt. Contemplare quot nostros unus aspicias, quot meorum populis solus occurras. Nonne ut stillicidia fontibus magnis, nonne ut ab oceano quaedam gutta sorberis? Dic, dic an istae adulescentulae ex uestra plebe generentur, an tu solus has parias."

[18]) ep. I. 2 med.

fidem Paciani, i. e. catholicam esse falsam nullis tamen sententiae suae ipsius rationibus additis [19]). Simul improbabat ecclesiam catholicam uocari [20]) et condemnabat ut inutilem paenitentiam post baptismum [21]).

Quod ad Paciani genus scribendi attinet uerbis Hieronymi »eloquentia et tam uita quam sermone clarus« in legendo auctore nostro prorsus assentimur. Scribit Pacianus haud sine elegantia neque ingenio; ratio scribendi est polita et expedita, narratio clara et iucunda, latinitas ut homini illius aetatis ualde probabilis; cogitationes sunt pulchrae, quamquam parum habent quod lectori persuadeat. Humanitate utitur in aduersariis oppugnandis neque tamen illis parcit, dum eorum persequitur errores.

In fontibus eius enumerandis primarium locum obtinere scripturam sacram nihil est quod moneam. Praeterea in reddendis rationibus nominis catholici refert ad auctoritatem hominum apostolicorum, ueterum episcoporum, martyrum, confessorum, sed imprimis Cypriani [22]). Omnibus locis, ubi de Cypriano loquitur [23]), luce clarius apparet, quam libenter semper illius scripta le-

[19]) ep. II. 3 i. f.: „cum primum scripseras, Cataphrygem te putabam. Tu ne secundis quidem litteris confiteris. Meo inuides nomini et tuum uitas? Vide quid sit pudoris in causa quae fugit quod uocatur!" et multis aliis locis.

[20]) ep. I. 3.

[21]) ep. III. 8.

[22]) cf. ep. I. 3 i. f.: „Quid? Parua nobis de apostolicis uiris, parua de primis sacerdotibus, parua de beatissimo Cypriano martyre atque doctore currit auctoritas? An uolumus docere doctorem? An sapientiores illo sumus et spiritu carnis inflamur aduersus eum, quem aeterni dei testem nobilis cruor et clarissimae passionis corona produxit? Quid tot earundem partium sacerdotes, quos per totum orbem cum eodem Cypriano pax una solidauit? Quid tot annosi episcopi, tot martyres, tot confessores? Age, si illi usurpando nomini huic auctores idonei non fuerunt, nos idonei erimus negando? Et nostram potius auctoritatem patres sequentur et emendanda sanctorum cedet antiquitas et iam putrescentia uitiis tempora canones apostolicae antiquitatis eradent?" cf. ann. ad l..

[23]) cf. ep. II. 3, 7 i. f.. ep. III. 5, 22, 24.

gerit Pacianus; nihil igitur est mirandum, Pacianum interdum illius sententias totasque ratiocinationes sibi asciscere.

Multo saepius tamen secutus est Tertullianum, quin etiam non semel ad litteram eum descripsit, praesertim in epistula I [24]) et in paraenesi [25]); attamen nusquam eum nominat nisi uno loco ep. III. c. 24 i. f. [26]).

Neque tamen in auctoribus antiquis hospes est Pacianus. Praesertim ei in deliciis est Vergilius, quem »a paruulo didicerat«, ut ipse profitetur [27]); saepe ipsa uerba eius affert [28]).

Ciceronem quoque ei fuisse notum, satis ostendent loci ep. II. 1 in. [29]), ep. II. 3 in. [30]), paraen. 1 in. [31]). Porro Lucretium legit, quod uel apparet e paraen. 11 i. f. [32]) et Horatium, quem facile agnoscas ex ep. II. 6 [33]) et ep. III. 25 med. [34]). Denique Hesiodi est memor ep. II. 4 i. f. [35]).

---

[24]) cf. totum fere cap. 5 et c. 6 in..

[25]) cf. cc. 8, 9, 10, 11, 12.

[26]) „Tertullianum post haeresim (nam multa inde sumpsistis) ipsum epistula sua et ea ipsa, quam contra catholicos edidit, audies confitentem, posse ecclesiam peccata dimittere." cf. v. d. Vliet, Mnem. 1892. pp. 278 et 282.

[27]) ep. II. 4 in..

[28]) cf. ep. I. 1: „quos fama recondit obscura" = Verg. Aen. 5. 302. cf. ep. II. 4 in. et v. d. Vliet, Mnem. 1892. p. 282 sqq.. paraen. 9 i. f.: „pallentium ruminator herbarum" = Verg. ecl. 6. 54. paraen. 11 in. = Verg. Aen. 12. 411 sqq.. ib.: „saltus peragrare Dictaeos" = Verg. Aen. 4. 72. ib. i. f.: „flammarum globis" = Verg. Aen. 3. 574. id. Georg. 1. 473. paraen. 4: „letalis arundo" = Verg. Aen. 4. 73.

[29]) „fraus enim quasi uulpeculae, uis leonis est; utrumque ab homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore" = Cic. de off. 1. 13. 41.

[30]) „maledicta sunt ista, non nomina, et maledicta irascentium, maledicta petulantium" = Cic. pro Coel. 13. 30.

[31]) „meliusque fuerit Attici Solonis exemplo tacere de magnis sceleribus quam cauere" est imitatio Cic. pro Rosc. Am. 25. 70.

[32]) „aetnarum impetus, qui ignibus furit" = Lucr. 2. 593: „furit ignibus impetus Aetnae."

[33]) „insana tigris" = Hor. od. 1. 16. 15.

[34]) „nihil asperas grandines pertulit? Nihil torridas incusauit aestates" = Hor. od. 3. 1. 29 sqq..

[35]) „Hesiodus istud in Helicone mentitus est." Pacianum in mente habere Hes. Op. 661 sq. suspicatur v. d. Vliet, Mnem. 1892. p. 283. ann. 4.

Recensio Paciani, quam proferimus, duobus nititur codicibus, quorum alter seruatur Parisiis in bibliotheca dicta bibliothèque nationale (notaui littera *P*), alter Romae in bibliotheca Vaticana (notaui littera *R*). Vtrumque autem fluxisse ex eodem codice uetustiore, uarias lectiones inspicienti facile apparebit.

Codex *P*, quem conferendum beneuole mihi praebuit bibliothecae Parisiensis praeses, cui pro ea liberalitate libenter gratias ago, est membranaceus, continens folia CLXX. Scriptus est minusculis pulcherrimis et saepe correctus a manibus diuersis. Contextus exornatus est litteris pulcherrime delineatis minio, et coloribus uiridi et caeruleo. Si igitur fides habenda est uiro d. Chassant, Paléographie des chartes et des manuscrits, éd. 8. p. 96, codex referendus est ad saec. XI, XII uel XIII. In margine leguntur notae creberrimae, inter quas et illa chresimon quae dicitur, ad designandos locos notabiles, et littera r (= require), qua indicantur loci lacunosi, corrupti uel lectori cuidam minus perspicui [36]).

Inscriptus est codex Homiliae M. S. Lat. 2182 et continet:

admonitiones, homilias, sermones sancti Caesarii [37]) episcopi Arelatensis numero XLII,

sermones beati Eusebii Emiseni numero XII,

epistulam beati Eucherii [38]) Lugdunensis archiepiscopi ad sanctum Hilarium Arelatensem de laude Heremi,

eiusdem librum de quaestionibus difficilioribus ueteris ac noui testamenti ad Salonium,

eiusdem librum de formula spiritalis intellegentiae ad Veranum,

---

[36]) De his notis adeas Wattenbach, Lat. Pal. p. 94.
[37]) cf. Teuffel, Röm. Litt. § 469. 2.
[38]) cf. ib. § 457. 6.

epistulam beati Saluiani [39]) ad sanctum Eucherium Lugdunensem episcopum,
epistulam Hilarii [40]) ad eundem,
sancti Paciani episcopi epistulas ad Sympronianum Nouatianum,
eiusdem sermonem de baptismo,
eiusdem sermonem de paenitentibus,
edictum piissimi imperatoris Iustiniani rectae fidei confessionem continens et refutationem haeresium, quae aduersantur catholicae dei ecclesiae.

In Eusebii contextu inde a folio 78 calamo ascriptae sunt emendationes in ipso contextu et annotationes in margine. Praeterea reperiuntur in codice nostro imagines duae plumbo uel eiusmodi materia depictae.

Codicem Vaticanum inspicere mihi non licuit. Collatio autem eius debetur H. C. Modderman uiro d.. Est membranaceus, inscriptus Ms. Regin. no. 331 [41]), continens folia LXXIX. Scriptus est minusculis pulcherrimis, litterae autem artificiose exornatae nullae reperiuntur. Codicem pertinere ad saec. X uel XI suspicatur Modderman. Continet:

epistulas quasdam sancti Augustini ad Volusianum, ad Bonifacium episcopum,
sancti Paciani episcopi de paenitentibus,
epistulae sancti Paulini (61. 367 et 286),
sancti Paciani episcopi de baptismo,
eiusdem epistulae III,
Eusebii hist. eccl. lib. 9 capita quaedam e uersione Rufini.

---

[39]) cf. ib. § 465.

[40]) cf. ib. § 457. 7.

[41]) antea no. 1474. Fusius de hoc codice agit Aug. Reifferscheid, Bibl. patrum Lat. Italica, Vindob. 1865, Heft 5. p. 390 sqq. (qui liber pars est maioris operis: Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der Kais. Akad. der Wissensch. Bd. XLIX. S. 4. Jan. 1865). Ad saec. X referendum esse codicem scribit u. d..

Distinctio in capita in codicibus non reperitur, nisi in epistula III, idque tantummodo in codice *R*, quae distinctio a uulgata satis differt. Ego autem in hac re secutus editiones illam missam feci, utpote a manu multum posteriore ascriptam, cum praesertim epistulae sententiis minus congruat [42]).

Denique lectorem monitum uelim emendationes suas in Pacianum in lucem edidisse uirum cl. van der Vliet [43]) antequam codex Parisinus inspiciendus in huius academiae bibliotheca praesto esset. Perspiciet autem lector candidus omnes fere coniecturas Vlietianas confirmari codicibus.

Paciani operum editio princeps est anni 1538; eam curauit J. Tilius (Jean du Tillet) in 4°. E quibus autem libris hauserit Tilius ne monet quidem [44]).

---

[42]) Primum caput e. g. in codice *R* omnia continet quae leguntur inde ab initio epistulae usque ad uerba: „sed paenitentibus, inquies, peccata dimittis" cet. (c. 7 med.).

[43]) In Mnemosyne 1895. p. 187 sqq..

[44]) Inspiciendam editionem Tilianam mihi praebuit Bibliothecae Regiae Haganae praeses, cui libenter gratias ago. Contextus, quem praebet Tilius, fere est idem, qui legitur in codicibus *P* et *R*; in margine autem egregias uarias lectiones annotat. Initio libelli reperiuntur litterae, datae ab Ioann. Tilio ad Ioann. Gangneium Theologum et in fine libelli litterae Iacobi Boïgardi ad anagnostem. Priores litterae a Tilio scriptae esse uidentur, cum Gangneio Paciani editionem suam ille mandaret, „tu unus" inquit „ad communem studiorum usum undecunque potes, exemplaria ueteris illius theologiae corrogas ex omnibus prope Galliae bibliothecis, quae in tuum hoc Gymnasium Parisiense conuehas in exempla plurima transfusurus." Pergit paulo post: „hic (scil. Pacianus) quanta fide conflixerit aduersus Nouatianos .... abunde testabuntur haec, quae sub gratiosi nominis umbra primi emittimus." In altera epistula Boïgardus: „non igitur" inquit „mediocriter iuuant remp. christianae religionis qui in hoc suas condicunt operas, ut antiquorum patrum commentationes undecunque corrogatae atque a puluereo situ, blattis ac tineis assertae typis committantur inque innumera exempla transfundantur ..... Exemplar perantiquum nobis benigne suggessit Ioan. Tilius idgenus deliciarum ardentissimus; recognouit autem Godefridus Tilmannus Cartusiae Parisiensis ex professo monachus, sic tamen ut uestigia antiquitatis intacta reliquerit, seu (leg. ceu) sunt: intellego, neglego, dilectus pro dilectione, baptismum uno et altero loco neutro genere .... Reliqua leuicula sunt, ut incolumem pro incolumen."

Deinde Pacianum edidit cum Saluiano et et Sulpitio Seuero Petrus Galesinus typis Pauli Manutii Romae 1564. in fol..

Porro reperiuntur Paciani opuscula in Bibl. PP. Bigneana t. I. Paris. ap. Mich. Sonnium. f. 1575,

in Bibl. PP. ed. 2. 1589. t. III.

in Auctuario Bibl. PP. ed. 3. 1610. ed. 4. 1624.

in Bibl. PP. Col. Agripp. 1628 t. IV. in fol..

in Bibl. PP. ed. 4. Paris. 1644 et 1654. t. III.

Sequitur: Paciani Paraeneticus ad paen. cum Claudiani Mamerti libris III de statu animae, quibus etiam Gregorii Thaumaturgi libellus de anima et Hermae pastor accesserunt studio Casp. Barthii. Cygneae, typ. et sumpt. Melch. Gorpneri 1655. 8.

Bibl. PP. max. Lugduni apud Anissonios 1677. f. t. IV.

Paciani opuscula, excepto tractatu de baptismo, recensuit notisque admodum eruditis illustrauit Card. J. Saenz de Aguirre in Collect. Maxima Concil. Hispan. Rom. 1694. t. II; noua edit. J. Catalani Romae 1753. t. I.

Sequitur editio in Gallandi Bibl. Vet. Patr. t. VII. Gallandi editionis fundamentum est editio Tiliana. Ceterum in capita distinxit quae antea minus commode continuo ductu ferebantur descripta.

Ex Gallandi editione contextus recusus est in Migne, Patrol. t. XIII [45]).

Mihi in conscribendo hoc opusculo praesto erant tantummodo editio Tiliana, editio Migneiana et editiones Col. Agripp. et Lugdunensis, quae nihil inter sese differunt et easdem quoque annotationes praebent.

Denique lectorem beneuolum moneo *italica scriptura* me indicasse locos a lectione editionis Migneianae recedentes.

---

[45]) De editionibus cf. Schoenemann, Bibl. hist.-litt. patrum Latinorum t. I. p. 358 sqq.. Fessler, Institutiones Patrologiae t. II. p. 232.

EPISTVLA I.

Pacianus Symproniano [1] fratri salutem. [2]

I. Si non carnalis intentio, sed, ut ego arbitror, uocatio spiritalis [3] est, domine, quod ex nobis fidem catholicae ueritatis examinas [4] (*a*), tu potissimum quae uel quam diuersa sequereris [5] indicare debueras, qui a riuulo procul, in quantum apparet (*b*), exorsus (*c*) fontem atque originem principalis [6] (*d*) ecclesiae non tenebas (*e*); *tu* [7] (*f*) quae *uos* causa

Incipit epistula sancti patiani episcopi ad simpronianum nouatianum de catholico nomine *litteris minio depictis*, episcopi *litteris nigris P.* Incipit epistula Paciani episcopi ad Semprotianum nouatianum de catholico nomine *R.* [1] Sympronianus *cf. praef.* [2] salutem *om. PR. facile excidere poterat* S. *ante uoc. seq.* si. [3] spiritalis *R.* spālis *P.* spiritualis *edd.* [4] examinans *exp. altera* n *P.* [5] sequerereris *R.* sequeris *Bibl. uet. patr. Col. Agripp. p. 235. B. Bibl. patr. max. Lugd. p. 305. F.* [6] principipalis *exp.* pi *P.* [7] tu quae uos causa — — aperires *ego.* ut quae uos causa — — aperires *PR. Tilius.* te ut quae causa — — aperires *edd.* te ut quae causa — — <appareret>, aperires *v. d. Vliet in Mnemosyne 1895. uol. 23. N. S. part. 2. p. 187.*

(*a*) examinare aliquid ex aliquo] constructio a uerbo quaerendi = rogandi desumpta.

(*b*) in quantum apparet] = ut uidetur.

(*c*) exordiri] proprie dicitur de tela, opp. detexere.

(*d*) principalis ecclesia] cf. ep. III. 3: „principalis mater." Cypr. ep. 59. 14 (Hart. II. 683). Pac. ep. I. 3.

(*e*) fontem non tenebas] cf. ep. III. 3: „tu, a fonte perpetuo separatus, unde generaris?" Prou. 9. 18. Cypr. ep. 75. 23 (Hart. II. 824).

(*f*) tu .... non uidemus] memor est Pacianus imaginis, qua usus est Tert. paen. 10 in. (O. I. 661): „praesumo, pudoris magis memores quam salutis; uelut illi qui in partibus uerecundioribus corporis contracta uexatione conscientiam medentium uitant et ita cum erubescentia sua pereunt." Saepissime hac imagine usi sunt ecclesiastici scriptores. cf. Pac. paraen. 8 et 9 in. Lucif. Cal. in Migne Patrol. XIII. 1033. C: „non sumus praesidium caelestis medicinae fugientes. Prospicimus quod enim licet ferro

potissimum de unitate corporis nostri soluisset aperires: nudari enim eas partes oportet, quibus medicina deposcitur. Nunc clauso, [8] ut ita dixerim, litterarum sinu, quae membra nobis potissimum (*g*) curanda sint non uidemus. Tantae (*h*) enim a capite christiano (*i*) haereses extiterunt, ut nominum ipsorum sit uolumen immensum. Nam ut Iudaeorum haereticos praetermittam, (*k*) Dositheum [9] (*l*) Samaritanum, Sadducaeos [10] et Pharisaeos, (*m*) quanti apostolorum temporibus emerserint, dinumerare perlongum est: Simon [11] magus (*n*) et Menander [12] (*o*) et Nicolaus [13] (*p*) et ceteri, quos fama re-

[8] clauso u *e ras. P.* [9] dosytheum *P. post* dosytheum *erasum aliquid habet P.* [10] Saduceos *P.* Sadducaeos *exp. priore* d *R.* [11] symon *P.* [12] menander *corr. e* menandar *man. 2. P.* [13] nicholaus *P.*

medicus secet, cauterio urat, sinapis incendio ad omnem dolorem aegrum deducat, tamen nec secari, inuri, exedi, morderique esse inimicum, quippe quod idcirco bonum sit, quia dolores inutiles auferat per adhibitos salutis causa dolores." Praeterea cf. Tert. scorp. 5 (O. I. 507 sq.) et de toto loco Pac. ep. II. 2. et 3: „quod operto quodam sinu claudis."

(*g*) potissimum] amat hoc uocabulum P., cf. ad ep. II. 2.

(*h*) tanti] pro tot ut infra quanti pro quot, saepissime reperitur. cf. Ioann. 21. 11. Tert. apol. 1 (O. I. 114): „et sunt tanti quanti et denotamur." Oehl. ad l.: „exempla Tertulliani fere quaeque pagina suppeditat." de an. 30 (O. II. 605): „tantae urbes quantae non casae quondam", et passim. cf. Rönsch, It. u. Vulg. pp. 336 et 337. Blokhuis, de latin. Tert. in Apol. diss. Trai. 1892. p. 75 sq..

(*i*) caput christianum] cf. c. 3: „caput principale".

(*k*) praetermittam cet.] cf. initium opusculi (Tert.) adu. omn. haer. 1 (O. II. 752 sqq.). Hieron. adu. Luciferianos p. 304. tom. 4 Opp. ed. Bened..

(*l*) Dositheus Samaritanus] cf. Euseb. h.e. 4.22.5. (Tert.) adu. omn. haer. l.l. Hieron. l.l. Mosheim, de reb. Christ. ante Const. M. comment. 1753. p. 188. Walch, Hist. der Kezereien 1762. I. 181 sqq.. Hase, Kirchengesch. ed. 10. p. 32. Neander, allgem. Gesch. der kirchl. Rel. II. 780 annot.. Ritter, Handb. der Kirchengesch. I. 68.

(*m*) Sadducaei et Pharisaei] cf. Euseb. 2. 23. 10, 12, 14, 21. (Tert.) l.l. Hieron. l.l. Tert. praescr. haer. 33 (O. II. 31). Hase p. 23 sq.. Neander I. 53 sqq.. Ritter I. 30. sq..

(*n*) Simon magus] Euseb. h.e. 2. 13. 1, 3. 4. 22. 5. (Tert.) l.l. Tert. idolol. 9 (O. I. 79). apol. 13 (O. I. 166). (Cypr.) de rebapt. 16 (Hart. III. 89). Act. apost. 8. 5 sqq.. Hase p. 32. Neander I. 96. II. 516. Ritter I. 68. Walch I. 135 sqq..

(*o*) Menander] Euseb. h.e. 3. 26. 4. 7. 3, 4. 4. 22. 5. (Tert.) adu. omn. haer. 1 (O. II. 754). Tert. resurr. carn. 5 (O. II. 473). Iustin. apol. I. 26. Epiph. haer. 22. Walch I. 185 sqq.. Hase p. 32. Ritter I. 68.

(*p*) Nicolaus] (Tert.) l.l. Tert. praescr. haer. 33 (O. II. 32). Neander II. 774 sqq.. Ritter I. 84. Walch I. 167 sqq.. Nicolaitae cf. Apoc. 2. 6, 15.

condit obscura. (*q*) Quid posterioribus temporibus Ebion (*r*) et Apelles [14] (*s*) et Marcion (*t*) et Valentinus (*u*) et Cerdon (*v*), nec longe post eos Cataphryges [15] (*w*) et Nouatiani, ut examina nouella (*x*) praeteream? Quis ergo mihi primum

[14] appelles *P.* [15] catafriges *ubique P.*

(*q*) quos fama recondit obscura] Verg. Aen. 5. 302.

(*r*) quid posterioribus temporibus Ebion] „haec Paciani uerba benigno interprete egent; ortus enim Ebionaeorum cum Epiphanio et Hieronymo ad tempora Ioannis apostoli referendus uidetur." Cotelerius ad Constit. Apost. VI. 6.

Ebion] cf. Euseb. h.e. 3. 27. 1. 5. 8. 10. 6. 17. Tert. carn. Chr. 14 (O. II. 450). praescr. haer. 13 (O. II. 32). uirg. uel. 6 (O. I. 891). Epiph. I. 30. Hase p. 72 sq.. Neander II. 612 sqq.. Ritter I. 82. Walch I. 110 sqq..

(*s*) Apelles] cf. Hieron. ad. Gal. VI. 6. Euseb. h.e. 5. 13. 2. Epiph. haer. 42. 4. Tert. praescr. haer. 33 (O. II. 31). an. 23 (O. II. 591). resurr. carn. 5 (O. II. 473). adu. Marc. IV. 17 (O. II. 201). carn. Chr. 1 (O. II. 426). praescr. haer. 6 (O. II. 8). adu. Marc. III. 11 (O. II. 135). praescr. haer. 30 (O. II. 35). carn. Chr. 6 (O. II. 436). Cypr. ep. 74. 7 (Hart. II. 805). Walch I. 527 sqq.. Hase p. 83. Neander II. 804. Ritter I. 100.

(*t*) Marcion] cf. Euseb. 4. 10 sqq.. Tert. adu. Marc. libri V (O. II. 47—336). praescr. haer. 34 (O. II. 32). carn. Chr. 2 (O. II. 427). ib. 1 (ib. 425). praescr. haer. 33 (O. II. 31). ib. 30 (ib. 27). Cypr. ep. 74. 7 (Hart II. 805). ib. 2 (ib. 801). ep. 75. 5 (Hart. II. 813). De eius haeresi cf. Tert. adu. Marc. III. 6 (O. II. 127 sqq.). praescr. haer. 7 (O. II. 9). 10 (ib. 12). 37 (ib. 35). 38 (ib. 36). adu. omn. haer. 6 (O. II. 762). Cypr. ep. 73. 5 (Hart. II. 781 sq.). Walch I. 484 sqq.. Ritter I. 97 sqq.. Hase p. 81 sqq.. Neander II. 779 sqq..

(*u*) Valentinus] cf. Euseb. h.e. 4. 10, 11. 1, 3. 14. 5. 29. 3. 30. 3. 5. 20. 1. 4. 22. 5. 6. 18. 1. Tert. adu. Val. (O. II. 381 sqq.). adu. omn. haer. 4 (O. II. 759). resurr. carn. 2 (O. II. 469). praescr. haer. 33 (O. II. 31). 38 (ib. 36). 30 (ib. 26). 34 (ib. 32). carn. Chr. 1 (O. II. 426). Cypr. ep. 74. 7 (Hart II. 805). 75. 5 (ib. 813). 73. 4 (ib. 781). Walch I. 335 sqq. Ritter I. 92. Hase p. 78. Neander II. 704 sqq..

(*v*) Cerdon] cf. Euseb. h.e. 4. 10. 4. 11. 1, 2. (Tert.) adu. omn. haer. 6 (O. II. 762). Cypr. ep. 75. 5 (Hart. II. 813). Walch I. 484 sqq.. Ritter I. 100. Hase p. 82. Neander II. 789 sqq..

(*w*) Cataphryges] cf. Euseb. h.e. 2. 25. 6. 4. 27. 5. 16. 1. 6. 20. 3. (Tert.) adu. omn. haer. 7 (O. II. 763): „accesserunt alii haeretici, qui dicuntur secundum Phrygas". Cypr. ep. 75. 7 (Hart. II. 814). Euseb. h.e. 5. 16—19. Eidem sunt qui Montanistae uocantur. Walch I. 613 sqq.. Ritter I. 106 sqq.. Hase p. 107. Neander III. 897. Etiam Phryges uocantur. cf. Pac. infra et c. 3.

(*x*) nouellus] cf. paraen. 7 in. Apud Arnob.: „nouella religio." Tert. apol. 21 (O. I. 195): „secta nouella." adu. Hermog. 1 (O. II. 339): „Hermogenis doctrina tam nouella est." Cypr. ad Demetr. 3 (Hart. I. 353). ep. 38. 1 (Hart. II. 580). ep. 63. 1 (Hart. II. 701). ep. 71. 3 (Hart. II. 773). Comp. nouellior (Cypr.) de mont. Sina et Sion 6. s. f. (Hart. III. 111). Adu. nouelle Plaut. Poen. 8. Vb. nouellare Pac. ep. III. 16 in.. cf. Blokhuis p. 178 sq..

per litteras [16] refutandus [17] (*y*) est? Ipsa, si uoles, nomina omnium charta [18] non capiet, . . . [18*] nisi quod scriptis tuis, paenitentiam usquequaque damnantibus, secundum Phrygas te *sensisse* [19] pronuntias. Verum his ipsis, domine carissime [20], tam multiplex et diuersus est error, ut non hoc unum in illis, quod contra paenitentiam sapiunt (*z*), sed quasi quaedam capita Lernaea caedenda [21] sint.

II. Et primum hi plurimis [22] (*a*) nituntur auctoribus, nam, puto, et Graecus Blastus [23] (*b*) ipsorum est, Theodotus [24] (*c*) quoque et Praxeas (*d*) uestros aliquando [25] docuere [26]; ipsi illi Phryges nobiliores qui se animatos mentiuntur (*e*) a Leucio [27] (*f*), <se> [28] institutos a Proculo (*g*) gloriantur, Mon-

---

[16] per litteras primum *P.* [17] refuntandus *R. inter* u *et* t *alqd erasum habet P.* [18] carta *P.* charta c *suprascr. R.* [18*] *hiatum indicaui ego.* [19] sensisse *PR. Tilius.* assensisse *edd..* [20] charissime *R.* kr̄me *P.* [21] cedenda *P. qui codex semper et ubique* e *usurpat pro* oe *et* ae. [22] plurimis *R. Migne.* pluribus *P. edd.* [23] et Graecus et Blastus *PR. Tilius. alterum* et *om. edd..* [24] Theodotus *altera* o *e ras. P.* [25] aliqando *suprascr. altera* a *P.* [26] docuerunt *P.* [27] leutio *P.* [28] se *om. PR. Tilius. scripsi cum edd..*

(*y*) refutare] maiorem uim habet quam refellere, redarguere.

(*z*) sapere] cf. Aug. de ciu. dei 1. 18: „non opinor quemquam tam stulte sapere" cet. Tert. apol. 22 (O. I. 131): „diuinum humanumque sapere," et saepius; etiam apud antiquos. cf. Plaut. Pseud. 475. Cic. de diu. 1. 133.

(*a*) plurimis] scripsi coll. c. 2 s. f. ep. II. 7. ep. III. 5 s. f.

(*b*) Blastus] cf. (Tert.) adu. omn. haer. 8 (O. II. 764). Euseb. h.e. 5. 15 et 20. Ad eum dedit epistulam περὶ σχίσματος Irenaeus. Walch I. 404. Neander III. 1146.

(*c*) Theodotus] cf. Euseb. h.e. 5. 3. 4. 16, 14, 15. (Tert.) adu. omn. haer. 8 (O. II. 764). Walch I. 546 sqq.. Ritter I. 143. Hase p. 100. Neander III. 997 sqq..

(*d*) Praxeas] cf. Tert. adu. Prax. (O. II. 653 sqq.). adu. omn. haer. 8 (O. II. 765). Walch I 537 sqq.. Ritter I. 140. Hase p. 100. Neander III. 874.

(*e*) mentiuntur] cf. ad ep. II. 8.

(*f*) Leucius] cf. Walch I. 653. Tillemont, mém. II. 446.

(*g*) Proculus] cf. Euseb. 2. 25. 6. 3. 32. 4. 6. 20. 3. Tert. adu. Val. 5 (O. II. 387). Walch I. 652 sq..

tanum (*h*) et Maximillam et Priscillam (*i*) secuti quam multiplices controuersias excitarunt de Paschali [29] (*k*) die, de Paracleto [30], de apostolis, de prophetis; multaque alia, sicut et hoc de catholico nomine, <et> [1] de uenia paenitentiae [2]! Quare si omnia ista [3] discutere uelimus, docili (*l*) praesentia [4] <tua> [5] (*m*) opus *esset* [6]; si haec sola quae scribis non satis instruerem, tamen quia quoquo [7] modo admirantibus [8] (*n*) seruiendum est, informandi tui gratia summatim ad ea, de quibus scribere dignatus es, colloquemur [9]. Si quid scire plenius (*o*) de nostro (*p*) uoles, oportet ut de tuo profiteare

---

[29] paschali h *suprascr. man. 2. P.* [30] paraclito *P.* parachito *R.* [1] et *inserui ego.* [2] penitentie *P.* [3] ista *inseruit man 2. P.* [4] praesentiam *R.* [5] tua *inserui ego.* [6] esset *pro* est *ego.* necessarium *pro* opus *P.* [7] quaquo *R.* [8] admirantibus *edd.*. adiurantibus *PR.* [9] colloquemur *P.* colloquimur *R. edd.*.

(*h*) Montanus] uid. supra ad Cataphryges. (Tert.) adu. omn. haer. 7 (O II. 763). Tert. de ieiun. 1 (O. I. 852). Cypr. ep. 75. 7 (Hart. II. 814). Walch I. 613 sqq.. Ritter J. 106 sqq..

(*i*) Maximilla et Priscilla] Montanistae. cf. Euseb. h.e. 5. 14. 19. 3. Tert. de ieiun. 1 (O. I. 852). adu. Prax. 1 (O. II. 654). Hieron. ep. ad Marcell. 54. Cypr. ep. 75. 7 (Hart. II. 814). Walch I. 654. Ritter I. 107. Neander III. 877. 887. Priscilla Prisca quoque uocatur.

(*k*) de Paschali die] cf. Walch I. 666. Ritter I. 144 sqq.. Hase p. 108 sq.. Neander II. 518 sqq..

(*l*) docilis] cf. Cic. de or. 2. 19. 80. id. de inu. 1. 16. 23: „dociles auditores faciemus, si aperte et breuiter summam causae exponemus, hoc est in quo consistat controuersia. Nam et cum docilem uelis facere, simul attentum facias oportet. Nam is maxime docilis est, qui attentissime paratus est audire." Cypr. ep. 74. 10 (Hart. II. 807): „docibilis autem ille est qui ad discendi patientiam lenis et mitis."

(*m*) tua] inserui coll. c. 7 in.: „plura scriberem, frater, ni et celeritate pueri reuertentis urgerer et uel praesenti tibi .... copiosiora seruarem."

(*n*) admirari] h.l. = cum admiratione rogare, ut uidetur. Expectaueris consulendi uel interrogandi uerbum. Num adeuntibus uel admeantibus (cf. Paul. Nol. 17. 119)? „quomodo admirationem sui scriptor tam sanctus requirat, aut laudet, praecipue cum addat „dignatus es", quod nequaquam arrogantiam illam infert? An admiratio hic ignorantia est, ut Plautus et alii usurpant, uel sane dubitatio? Ita existimo." Barth adu. p. 1920.

(*o*) plenius] cf. c. 7 i. f.: „plenius instrueris". Rom. 4. 21. Cypr. ep. 52. 1 (Hart II. 616). 5 (ib. 626) et saepissime. Tert. resurr. carn. 14 (O. II. 484): „plenius disces," et saepissime.

(*p*) de nostro.... de tuo] cf. c. 5: „non largimur ista de nostro".

simplicius (*q*), ne obscurius consulendo non scire nos facias, utrum interroges an lacessas (*r*). Interea [9] quod ad praesentes *litteras* [10] pertinebit [11], ante omnia te rogatum uolo, ne ob hoc ipsum auctoritatem mutueris errori, quod, sicut ais [12], per orbem totum nullus in*uen*tus [13] sit, qui te reuinceret (*s*), aut persuadere tibi posset [14] contra quam crederes. Nam et si nos imperiti, peritissimus dei spiritus; et si nos infideles, »fidelis (*t*) deus qui negare se non potest.« Tum porro quod *obnitenti* [15] sacerdotibus dei diu contendere non licebat. »Nos«, inquit [16] (*u*) apostolus, »talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia dei«. »Post unam correptionem« [17] (*v*), sicut scis ipse, contentiosus omittitur. Persuadere autem quis aliquid possit inuito? Tua ergo, frater, non illorum culpa est, si tibi quod erat optimum nemo persuasit. Nam et hodie in potestate tua est ut nostra etiam scripta contemnas, si ea mauis *re*uincere [18] quam probare. Ceterum et ipsi domino et apostolis eius plurimi (*w*) restiterunt,

[9] Interea n *suprascr. man. 2. P.* [10] litteras *PR. om. edd.* [11] pertinebit *a man. 2. corr. ex* pertinebat *P.* [12] ais s *e ras. P.* [13] inuentus *PR. Tilius. Barth. adu. p. 1920.* intus *edd. cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 188.* [14] posset *corr. ex* posse *R. Erasa est interp. post* posset *P.* [15] obnitenti *P.* obnitente *R.* obtinendo *edd.* obnitendo *Tilius.* [16] inquit ui *e ras. man. 2. P.* [17] correptionem ep *e ras. P.* [18] reuincere *corr. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 188. Codd. et edd. habent* uincere.

(*q*) simplicius] = sincerius. cf. ep. II. 1: „quidlibet agas, frater, totum ex me simpliciter recognosces." ep. II. 3: „fatere, frater, fatere simpliciter".

(*r*) lacessas] cf. ep. III. 27 i. f.: „si consulentis animo requisisti, amanter ostensum est; si lacessentis, haud segniter disputatum."

(*s*) reuincere] = conuincere, euincere, refellere, confutare; sexcenties apud ecclesiasticos. cf. Oehl. ad Tert. de test. an. 1 (O. I. 399). Tert. praescr. haer. 35 (O. II. 33). Cypr. ep. 75. 10 (Hart. II. 817).

(*t*) 2 Tim. 2. 13. cf. Tert. Scorp. 13 (O. I. 532).

(*u*) 1 Cor. 11. 16. cf. Tert. uirg. uel. 8 (O. I. 895). pud. 14 (O. I. 822). Cypr. ep. 73. 26 (Hart. II. 798).

(*v*) Tit. 3. 10. cf. Tert. praescr. haer. 6 (O. II. 7). ib. 16 (ib. 17). Cypr. test. III. 78 (Hart. I. 172). ep. 59. 20 (Hart. II. 689).

(*w*) plurimi] cf. ad c. 2 in.

nec persuaderi ueritas cuiquam <umquam> [19] potuit, nisi qui ei [20] propria religione consensit. Itaque, domine, et nos non ea fiducia (*x*) scripsimus, qua repugnanti aliquid persuadere possimus, sed ea fide [21], qua uolenti bonae pacis aditum non negemus; quae si animo tuo cordi [22] est, de catholico nomine nullum habet [23] (*y*) esse luctamen. Si enim per deum id populus noster adipiscitur, nec interrogandum est praecedente auctoritate [24] diuina; si per hominem, quando usurpatum, detegendum. Tunc si bonum nomen est, non recipiet [25] odium (*z*), si malum, <non> [26] carebit [27] inuidia.

III. Nouatianos (*a*) audio de Nouato aut Nouatiano uocari;

[19] umquam *inserui ego.* [20] nisi qui ei *P. Tilius.* nisi qui eis *exp.* s *fin. R.* nisi ei *edd.* [21] fide *corr. ex* fidei *R.* [22] animo tuo cordi *PR.* animo tuo et cordi *edd..* [23] habet *edd..* debet *PR. Tilius.* [24] auctoritate *corr. ex* auctorituae *R.* [25] recipiet *pro* recipit *ego.* [26] non *inserui ego.* [27] carebit *pro* caret *ego.*

(*x*) fiducia] h.l. posuit, ut saepius ueteres, in malam partem pro uana fide, nimia fiducia sui, confidentia. cf. Ter. Andr. 613: „qua fiducia id facere audeam? Nec quid me nunc faciam scio," quo loco fallitur Fleckeisen, pro fiducia scribens audacia. cf. Verg. Aen. 9. 188. Seru. ad Aen. 2. 61: „fiducia pro crimine et audacia apud ueteres." cf. Verg. Aen. 1. 132: „tantane uos generis tenuit fiducia uestri?" Vulgo autem usurpatur in bonam partem opponiturque confidentiae. cf. Seru. ad Aen. 1. 132: „et hoc loco fiduciam pro confidentia posuit, cum fiducia in bonis rebus sit, confidentia in malis."

(*y*) habet] cum inf. sexcenties apud ecclesiae scriptores legitur, quod ignorantes uel non intellegentes codicum nostrorum scribae habet mutauerunt in debet. cf. Oehler ad Tert. de fuga in pers. (O. I. 485), et ex Cypriano de dom. or. 34 (Hart. I. 292). sent. ep. 73 (I. 458): „unum habet esse et baptisma." ep. 52. 3 (Hart. II. 619): „ut qui eici de ecclesia et excludi habebat." ep. 53. 6 (Hart. II. 705): „quod a fratribus suis laudari et adorari habebat." cf. Thielman in Archiv f. L. L. 1885. pp. 48 et 157. Siluiae Peregrinatio ad loca sancta 41. cf. Archiv 1887. p. 271. (Wölfflin, über die Latinität der P. ad l. s.). Rönsch, It. u. Vulg. p. 447 sqq.. Blokhuis p. 23 sq..

(*z*) odium .... inuidia] cf. Tert. apol. 1 (O. I. 113 sq.): „ceterum inauditam si damnent (scil. ueritatem) praeter inuidiam iniquitatis etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientiae, nolentes audire quod auditum damnare non possint. Hanc itaque primam causam apud uos collocamus iniquitatis odii erga nomen christianorum" cet.

(*a*) De Nouatiano eiusque discidio et de Nouato cf. Walch II. 185—288. Schröckh, Christliche Kirchengesch. IV. 298—319. Hase p. 107 sq. Neander I. 388 sqq.. 366. Lardner, Credibility of the gospel history II. 43 sqq.. Langen, Gesch. der Röm. Kirche p. 289 sqq..

sectam (*b*) tamen [28] in his, non nomen accuso. Nec Montano aliquis aut Phrygibus nomen obiecit. Sed sub apostolis, inquies, nemo catholicus uocabatur. Esto, sic fuerit, uel illud indulgeo [29] (*b**). Cum <uero> [30] post apostolos haereses (*c*) extitissent diuersisque nominibus columbam dei atque reginam lacerare per partes et scindere (*d*) niterentur, nonne cognomen suum plebs apostolica postulabat, *quod* [1] incorrupti populi distingueret unitatem, ne intemeratam dei uirginem error aliquorum per membra laceraret? Nonne appellatione propria decuit caput (*e*) principale (*f*) signari (*g*)? Ego forte ingressus hodie populosam urbem [2], cum Marcionitas, cum

---

[28] tamen *suprascr. man. 2. P.* [29] indulgeo *corr. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 188. Codd. et edd. praebent* indulge. [30] uero *inserui ego.* [1] quod *ego.* quae *PR.* quo *edd. In margine lector aut librarius quidam ascripsit: „nota magnam et uerissimam rationem" R.* [2] hodie populosam urbem *PR.* populosam urbem hodie *edd.*

(*b*) cf. Tert. apol. 3 (O. I. 125): „secta oditur in nomine sui auctoris." id. ad nat. I. 4 (O. I. 310): „sed dicitis sectam nomine puniri sui auctoris" cet.

nomen] cf. ep. II. 3. Tert. ad nat. I. 10 (O. I. 326): „habetis igitur in maioribus uestris, etsi non nomen, attamen sectam christianam, quae deos neglegit."

(*b**) uel illud indulgeo] = id quidem tibi concedo.

(*c*) haeresis] cf. Tert. praescr. haer. 6 (O. II. 7): „quarum opera sunt adulterae doctrinae, haereses dictae Graeca uoce, ex interpretatione electionis qua quis siue ad instituendas siue ad suscipiendas eas utitur. Ideo et sibi damnatum dixit haereticum, quia et in quo damnatur sibi elegit.' Quem locum exscripsit Isid. orig. 8. 3: „haeresis Graece ab electione uocatur, quod scilicet unusquisque sibi eligat quod melius illi esse uidetur, ut philosophi Peripatetici, Academici et Epicurei et Stoici, uel sicut alii, qui peruersum dogma cogitantes arbitrio suo de ecclesia recesserunt. Inde ergo haeresis dicta Graeca uoce ex interpretatione electio, qua quis arbitrio suo ad instituenda siue suscipienda quaelibet ipse sibi eligit." Ex quo rursus transtulit Hrabanus de instit. cler. II. 58.

(*d*) scindere] cf. Cypr. ep. 59. 5 (Hart. II. 672): „nemo discidio unitatis Christi ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsum foris haeresim nouam conderet."

(*e*) caput] cf. c. 1: „caput christianum."

(*f*) principalis] cf. c. 1: „principalis ecclesia." ep. III. 3: „principalis mater." Cypr. ep. 59. 14 (Hart. II. 683).

(*g*) signari] cf. c. 4: „inde significor." ep. III. 6.

Apollinariacos [3] (*h*), Cataphrygas, Nouatianos et ceteros eiusmodi [4] comperissem, qui se christianos uocarent, quo nomine [5] (*i*) congregationem meae plebis (*k*) agnoscerem, nisi catholica diceretur? Age (*l*), quis ceteris plebibus nomina tanta largitus [6] est? Cur tot urbibus, tot nationibus sua quaeque descriptio [7] (*m*) est? Ipse ille qui catholicum nomen interrogat, causam sui nominis nesciet, si requiram unde *id ei* [8] traditum [9] est. Certe non est ab homine mutuatum, quod per saecula tanta non ceci*derit* [10] (*n*). Catholicum istud nec Marcionem, nec Apellem [11], nec Montanum sonat, nec haereticos sumit auctores. Mult*a* [12] nos spiritus sanctus edocuit, quem paracletum [13] apostolis et magistrum deus misit e caelis; multa ratio et honestas et, *sicut Paulus*

---

[3] Apolliacos, nari *suprascr. man. 2. R.* [4] eiusmodi *R. edd.*. huiusmodi *P.* [5] nomine *P.* cognomine *R.* [6] *Inter* largitus *et* est *erasum alqd habet R.* [7] desscriptio *R.* [8] id ei *(uel* illi) *corr. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 188. Codd. et edd.* mihi. [9] traditum *corr. ex* graditum *R.* [10] ceciderit *pro* cecidit *ego.* [11] appellem *supra alteram* e *est ras. P.* Apellen *R.* [12] Multa *PR. Tilius.* multos *edd.* [13] paraclitum *P.* paraclytum *R.*

(*h*) Apollinariaci] Apollinaris sectatores, qui Apollinaristae uocantur in opusculo inscripto Fides Faustini Presbyteri, missa Theodosio imperatori (Migne, Patrol. XIII. 1050. B): „nam qui nos putant esse Apollinaristas, sciant quod non minus Apollinaris haeresim execramur quam Arianam." Hase p. 133. Tillemont, mém. VIII. II. p. 896 ex Apollinaristarum tamquam haereticorum commemoratione statuit epistulam hanc Paciani scriptam esse post annum 377 p. C. n., cum ante eum annum Apollinaris secta ut haeresis non sit condemnata.

(*i*) nomine] scripsi cum Parisino, cum semper de nomine catholico et christiano, et Tertullianus et Cyprianus et Pacianus, nusquam de cognomine loquantur. cf. Cic. de inu. 2. 28: „nomen cum dicimus, cognomen quoque et agnomen intellegatur oportet."

(*k*) plebs] est populus, nostrum gemeente.

(*l*) age] in deliciis est Paciano hoc uocabulum. cf. infra et ep. II. 2. ep. III. 7. 10. 12. 16. 20.

(*m*) descriptio] cf. Cic. inu. 2. 18: „nominis breuis et aperta descriptio."

(*n*) ceciderit] quamquam lectio codicum ferri potest, ceciderit scripsi coll. loco ep. II. 2: „a deo certe nomen inditum nobis quod per saecula tanta non caderet."

dicit [14] (*o*), ipsa natura. Quid? Parua nobis de apostolicis [15] uiris, parua de primis sacerdotibus, parua de beatissimo [16] (*p*) Cypriano martyre atque doctore (*q*) currit (*r*) auctoritas? An uolumus docere doctorem? An sapientiores illo sumus et spiritu carnis inflamur aduersus eum, quem aeterni dei testem nobilis cruor et clarissimae passionis corona (*s*) produxit? Quid tot earun <dem> [17] (*t*) partium sacerdotes, quos per totum orbem cum eodem Cypriano pax una solidauit? Quid tot annosi [18] (*u*) episcopi, tot martyres, tot confessores (*v*)? Age (*w*), si illi usurpando nomini huic auctores idonei non fuer*u*nt [19], nos idonei erimus negando? Et nostram potius auctoritatem patres sequentur, et emendanda sanctorum cedet antiquitas, et iam putrescentia uitiis tempora canones [20] apostolicae antiquitatis eradent (*y*)?

---

[14] sicut Paulus dicit *PR.* Sicut dicit Paulus *edd.* Sicut Paulus dicit, *uulgo positum post* ratio, *post* honestas et *transposui ego.* [15] de apostolis is uiris *exp. altera* s et *suprascr. litt.* c *R.* [16] beato *P.* [17] earundem *corr. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 188. Codd. et edd. praebent* earum. [18] tot annosi *corr. ex* tota nosti *R.* [19] fuerunt *PR. Tilius.* fuerint *edd..* [20] canones *Migne.* canos *PR., edd..*

(*o*) sicut Paulus dicit] 1 Cor. 11. 14.

(*p*) beatissimum] Cyprianum etiam uocat ep. III. 22. cf. ep. II. 7: „(Cypriani) beati martyris."

(*q*) doctor] cf. Cypr. ep. 73. 3 (Hart. II. 780): „neque enim difficile est doctori uera et legitima insinuare ei qui .... ad hoc uenit" cet. De significatione uocab. insinuator = qui suppeditat, suggerit et intimat, doctor cf. Oehl. ad Tert. ad nat. II. 1 (I. 350). „doctoris auctoritas" cf. Cic. de fin. 1. 1.

(*r*) currit] „est uiget, floret, celebratur" Barth adu. p. 1920.

(*s*) corona] cf. Cypr. ep. 21. 4 (Hart. II. 532). id. de laps. 10 (Hart. I. 244). Vb. coronare Pac. ep. II. 7.

(*t*) earundem] „ubi rescripserimus earundem partium orietur leuis uerborum lusus cum uocabulis: cum eodem Cypriano" v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 188.

(*u*) annosus] „priscum sonat" Barth adu. p. 1920.

(*v*) fortasse cogitat Pacianus sententias LXXXVII episcoporum, in synodo Carthaginiensi prolatas, traditas a Cypr. in opusculo inscripto: Sententiae Episcoporum numero LXXXVII de Haereticis Baptizandis. (Hart. I. 435 sqq.).

(*w*) age] cf. supra.

(*y*) eradere] cf. c. 5.

IV. Nec [21] (*x*) tamen aestues, frater: christianus [22] (*a*) mihi nomen est, catholicus uero cognomen. Illud me nuncupat, istud (*b*) ostendit; hoc probor, inde significor (*c*). Et si reddenda postremo catholici uocabuli ratio est, et exprimenda de Graeco [23] (*d*) interpretatione Romana: catholicus ubique [24] unum, uel, ut [25] doctiores [26] (*e*) putant, obedientia [27] omnium nuncupatur, mandatorum scilicet dei. Vnde apostolus (*f*): »si in omnibus obedientes estis«. Et iterum (*g*): »sicut enim per inobedientiam [28] unius *hominis* [29] peccatores

---

[21] ne *pro* nec *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 188.* [22] christianus —— catholicus *est correctio man. 2ae R. Veterem lectionem* christianū —— catholicū *fuisse suspicatur Modderman u. d.* [23] greco *PR. edd.* graeca *Migne.* [24] ubique *PR. Tilius. cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 189.* ubi *edd..* [25] uelut *P.* [26] doctores *P.* [27] obedientia tia *in margine add. man. 2. P.* [28] inobedientiam in *suprascr. man. 2. P.* [29] hominis *PR. Bibl. patr. max. Lugd. IV. p. 306. D., om. Migne, Bibl. uet. patr. Col. Agripp. IV. p. 236 B.*

(*x*) nec] scribit n e v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 188. Nec tamen cum uiro cl. facio, nam interdum Pacianus coniunctionem n e c usurpat in initio sententiae, ubi transit ad nouum argumentum negatiuum. cf. ep. II. 5: „nec tamen tu querelam putes fuisse nostrorum." c. 3: „nec tamen ego Nouatiani tui nomen accuso." ep. III. 9: „nec utique cum liberat, peccatum docet." c. 15: „nec tamen hoc de martyre loquebatur." c. 17: „nec tamen mecum est ille, qui non paenitet." c. 22: „nec contra se locutus est" cet.. cf. Cypr. de laps. 33 (Hart. I. 261): „nec uos quorundam moueat aut error" cet., initio capitis. id. ad Demetr. 18 (Hart. I. 363): „nec ideo quis putet" cet.. id. ep. 55. 20 (Hart. II. 638): „nec putes, frater carissime." 13 (Hart. II 633): „nec tu existimes, frater carissime." 38 (Hart. II. 638). ep. 73. 24 (Hart. II. 796). ep. 55. 27 (Hart. II. 644).

Videmus igitur illud n e c cum t a m e n coniungere solere Pacianum = et tamen non. Oppositum e t t a m e n habet ep. II. 5. ep. III. 23 in.

(*a*) christianus mihi .... significor] sententia, propter quam potissimum laudatur Pacianus ab historiae ecclesiasticae scriptoribus.

(*b*) ille — — — iste] cf. ep. III. 8: „illud omnes adipisci possunt, — — — — labor uero iste paucorum est"cet. c.9.: „ille praemium acciperet, iste medicinam." c. 25: „pars illa indumenti tegit, ista componit."

(*c*) significor] cf. c. 3: „nonne appellatione propria decuit caput principale signari?" ep. III. 6: „Christi appellatione signamur."

(*d*) de Graeco interpretatione Romana] Graeco scripsi cum codd. coll. Tert. adu. Val. 6 (O. I. 388): „quorundam enim de Graeco interpretatio non occurrit ad expeditam proinde nominis formam" cet.

(*e*) doctiores] cf. Gell. 6. 9. 1.

(*f*) 2 Cor. 2. 9.

(*g*) Rom. 5. 19. cf. bapt. 5.

constituti sunt multi, sic per dicto audientiam unius iusti constituentur multi«. Ergo qui catholicus idem [iusti] [30] obediens; qui obediens, idem est christianus, *atque* [1] ita catholicus christianus [2] est. Quare ab haeretico nomine noster populus hac [3] appellatione diuiditur (*h*), cum catholicus nuncupatur; sed et si catholicus ubique unum est, sicut *simpliciores* [4] (*i*) putant, id ipsum Dauid indicat dicens (*k*): »astitit [5] regina in ueste aurata et uariegata [6]«, hoc est una in omnibus. Et in cantico canticorum sponsus haec loquitur (*l*): »una est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa est genetrici [7] suae«. Et iterum (*m*): »adducentur regi uirgines post eam«. Et adhuc (*n*): »adolescentulae, quarum non est numerus«. Ergo in omnibus una et una super omnia.

V. Si rationem nominis quaeris [8], apparet. De paenitentia uero deus praestet, ut nullis fidelibus necessaria sit: nemo post sacri fontis auxilium <in> [9] foueam (*o*) mortis in-

[30] iusti *deleui ego.* [1] atque *PR. edd., om. Migne.* [2] *Erasum alqd inter* christianus *et* est *habet P.* [3] ac *suprascr. litt.* h *R.* [4] simpliciores *ego.* superiores *codd. et edd.* [5] adstitit *R.* [6] uarietate *P. Tilius. Bibl. uet. patr. Col. Agripp. IV. p. 236. B.* uarietatae *R.* uariegata *edd.* [7] genetrici ci *suprascr. man. 2. P.* [8] querris *exp. priore* r *P.* [9] in *inserui ego.*

(*h*) diuiditur cet.] cf. c. 3: „quo nomine congregationem meae plebis agnoscerem, nisi catholica diceretur?"

(*i*) simpliciores] scribendo rectam sententiam obtinemus opponendo iis quae supra leguntur in hoc eodem capite: „ut doctiores putant."

(*k*) Ps. 44. 10. Eundem locum affert ep. III. 2 et 25. Cypr. test. II. 29 (Hart. I. 98): „adstitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circumamicta uarietatem." Vulg.: „astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato: circumdata uarietate," quo loco Psalt. Veron. legit „circumamicta uariegata." cf. Rönsch, It. und Vulg. p. 179. (ed. 2). cf. praeterea ep. III. 25: „uides ergo ecclesiam esse reginam in ueste aurata et uariegata, multorum utique corporum, multorumque populorum uarietate compositam." et Ps. 44. 14 et 15: „omnis gloria eius filiae regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta uarietatibus."

(*l*) Cant. 6. 8.

(*m*) Ps. 44. 15.

(*n*) Cant. 6. 7.

(*o*) in foueam] cf. Matth. 15. 14. Luc. 6. 39. Cypr. de cath. eccl. unit. 17 (Hart. I. 225). ep. 43. 5 (Hart. II. 594). Tert. adu. Marc. III. 7 (O. II. 130). praescr. haer. 14 (O. II. 15). Proprie est fossa, qua capiebantur ferae. cf. Cic. Phil. 4. 5: „belua in foueam incidit." Hor. epist. 1. 16. 50.

currat (*p*), nec tarda solamina ingerere (*q*) sacerdotes aut docere [10] cogantur, ne peccandi [11] iter aperiant (*r*), dum peccanti remediis blandiuntur. Sed nos hanc indulgentiam dei nostri miseris, non [12] beatis, nec ante peccatum, sed *post* [13] peccata detegimus, nec sanis medicinam (*s*), sed male habentibus nuntiamus. Si nihil in baptizatos possunt nequitiae spiritales [14], nihil fraus illa serpentis quae primum subuertit

---

[10] docere r *suprascr. P.* [11] peccanti n *suprascr. R.* [12] *Inter* non *et* beatis *erasum alqd habet P.* [13] post *PR. edd., om. Migne.* [14] spiritales *R.* spāles *P.* spirituales *edd.*

(*p*) incurrere] cum praep. in construit Pacianus. cf. ep. II. 4: „per quam ille in naufragium religionis incurrit." de bapt. 2 i. f.: „in id ipsum, quod uidebat, incurrit." Cypr. ep. 57. 4 (Hart. II. 654). ep. 70. 2 (Hart. II. 769): „in sacrilegum fraude erroris incurrit." ep. 65. 4 (Hart. II. 724): „ne quis in laqueos erroris incurrat." in omittitur apud Cypr. ad Demetr. 19 (Hart. I. 364). ad Fort. 11 (Hart. I. 342): „incurrere aeterna supplicia." (Cypr.) carm. IV. 79 (Hart. III. 79): „ne forte bis unum incurras lapsum." (Cypr.) de XII abusiu. saec. 1 (Hart. III. 153): „nam et Salomon dum multae sapientiae transgressionem incurrit", cet.. 12 (Hart. III. 171): „eundem perditionis laqueum incurrit." Salmasius ad Ael. Lampridii uit. Alex. Seueri p. 117 (annot. p. 201): „incurrere aliquid est committere." Vlp. dig. 24. 1. 13: „nihil uitii mulier incurrit." cf. Oehl. ad Tert. de pud. 19 (I. 837).

(*q*) ingerere] cf. c. 5: „tarda solamina ingerere." ep. II. 7: „Nouatianum mihi ingeris?" paraen. 6: „deo .... pollutam animam et profanum corpus ingeritis." Cypr. ad Demetr. 1 (Hart. I. 351): „nam cum — — malles tua impudenter ingerere quam nostra patienter audire" cet.. id. ep. 57. 4 (Hart. II. 654): „nonne ingeretur nobis a domino quod per prophetam suum clamat et dicit" cet.. Luc. Cal. p. 1034. C (Migne). Ceterum toto hoc loco imitatus est Pacianus Tertullianum paen. 7 (O. I. 656): „piget secundae, immo iam ultimae spei subtexere mentionem, ne retractantes de residuo auxilio paenitendi spatium adhuc delinquendi demonstrare uideamur. Absit, ut aliquis ita interpretetur, quasi eo sibi etiam nunc pateat ad delinquendum, quia patet ad paenitendum, et redundantia clementiae caelestis libidinem faciat humanae temeritatis."

(*r*) ne peccandi iter aperiant .... blandiuntur] alludit ad Es. 3. 12: „qui uos felices dicunt, in errorem uos mittunt et semitam pedum uestrorum turbant." cf. paraen. 5 i. f. et annot. ad l..

(*s*) nec sanis medicinam cet.] cf. Matth. 9. 12. Pac. ep. III. 14 i. f. 21 in. Cypr. ep. 55. 16 (Hart. II. 635): „quam potest exercere medicinam qui dicit: ego solos sanos curo, quibus medicus necessarius non est" cet.. id. ep. 68. 4 (Hart. II. 747). (Cypr.) de dupl. mart. 22 (Hart. III. 235).

hominem, quae posteris eius tot titulos (*t*) damnationis [15] impressit, si recessit a mundo <diabolus> [16], si regnare (*u*) iam coepimus [17], si nullum oculis, nullum manibus, nullum mentibus nostris crimen obrepit, abiciatur (*v*) hoc dei donum, repellatur auxilium, nulla exomologesis (*w*), nulli gemitus audiantur, contemnat omne remedium superba iustitia. Quod si haec homini suo deus *ipse* [18] prouidit, si idem stantibus (*x*) praemia qui iacentibus [19] remedia largitus est — desinite diuinam accusare pietatem aut [20] tot caelestis [21] clementiae (*y*)

---

[15] damnationis *corr. ex* dominationis *R.* [16] diabolus *inseruit v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 189.* [17] cepimus *noto usu huius codicis pro* coepimus *P. cf. ad c. 1 i. f.* [18] ipse *PR., om. edd..* [19] tacentibus *Tilius.* [20] aut *corr. ex* a *R.* [21] celestis *P.*

(*t*) titulos damnationis] cf. infra: „caelestis clementiae tituli." Tert. paen. 7 (O. I. 657): „doleat et ingemiscat necesse est uenia peccatorum permissa tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retro suae erasos." Titulus est index, nota, elogium; inde oritur significatio: causa. cf. Oehl. ad Tert. apol. 1 (O. I. 114). Tert. pat.. 11 (O. I. 607): „titulus felicitatis." adu. Marc. II. 22 (O. II. 110): „idololatriae titulus." Cypr. de laps. 3 (Hart. I. 238): „uictoriae titulus." ibid. 15 (Hart. I. 247): „misericordiae titulus." Tert. adu. Marc. I. 24 (O. II. 76): „titulus bonitatis." Tert. de an. 58 (O. II.649): „titulus passionis." De sign. titulus = στήλη cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 326.

(*u*) regnare] cf. ep. III. 15. Rom. 5. 14, 17, 21. Tert. de or. 5 (O. I. 560). apol. 26 (O. I. 225).

(*v*) abiciatur cet.] similis constructio sententiae cf. ep. III. 20 in. et 26.

(*w*) exomologesis] quid sit, cf. Tert. de paen. 9 (O. I. 659): „huius igitur paenitentiae secundae et unius quanto in arto negotium est, tanto operosior probatio, ut non sola conscientia praeferatur, sed aliquo etiam actu administretur. Is actus, qui magis (= frequentius) Graeco uocabulo exprimitur et frequentatur, exomologesis est, qua delictum domino nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione paenitentia nascitur, paenitentia deus mitigatur. Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordiae illicem", et sequuntur ea, quae imperat exomologesis. exomologesim facere = confiteri. cf. Ps. 91. 2. apud nostrum ep. III. 17. med.: „bonum est exomologesim facere deo", qui locus hoc modo in Vulgata legitur: „bonum est confiteri domino."

(*x*) stantes .... iacentes] ecclesiasticis perusitata figura. cf. Cypr. de laps. 22 (Hart. I. 253). 33 (Hart. I. 261). ep. 30. 3 (Hart. II. 553). Tert. de praescr. haer. 42 (O. II. 40).

(*y*) caelestis clementia] cf. Tert. paen. 7 (O. I. 657): „redundantia clementiae caelestis."

titulos obiectu [22] rigoris eradere (*x*), aut gratuita bona domini [23] (*a*) inobsecrabili [24] (*b*) asperitate prohibere. Non largimur ista de nostro (*c*). »Conuertimini«, *inquit* dominus [25] (*d*), »ad me simulque ieiunio et fletu et planctu, scindite corda uestra«. Et iterum (*d**): »relinquat impius uias [26] suas et uir facinorosus cogitationes suas [27] et conuertatur ad dominum, et misericordiam consequetur«. Itemque propheta in hunc modum clamat (*e*): »quoniam deus pius et mitis et patiens est et qui reflectat sententiam aduersus malitias irrogatam [28]«. Habetne [29] tam diu*turnum* [30] serpens uenenum, Christus [1] (*f*) non habet [2] medicinam [3]? Diabolus in *hoc* [4] mundo interficit, Christus

[22] obiectu *R. edd.* obiecti *P.* [23] gratuita bona dn̄i *P.* gratuita domini bona *R. edd.* [24] inobsecrabili *litteram erasam post* li *habet R.* [25] conuertimini inquit ad me dicit dn̄s *PR. correxi ego.* [26] uias s *suprascr. man. 2. P.* [27] et uir facinorosus cogitationes suas *in margine add. man. 2. P.* [28] *Post* irrogatam *alqd est erasum, etiam uoc.* irrogatam *corr. est in R. Putat u. d. Modderman antiquam lectionem fuisse:* aduersus malitias nostras inrogatum. [29] Habet ne *P.* habetne *corr. ex* habene *R.* [30] diuturnum *PR. edd.* diutinum *Migne.* [1] et Christus *edd..* et *om. PR. Tilius.* [2] habere *exp.* re, *suprascr.* t *R.* [3] medicim *suprascr.* na *R.* [4] hoc *P. om. R. edd..*

(*x*) eradere] cf. c. 3 i. f. Tert. paen. 7 (ib.): „tot titulos damnationis retro suae erasos."

(*a*) gratuita bona domini] cf. ep. III. 7: „illud (scil. baptismum) omnes adipisci possunt, quia gratiae dei donum est, id est gratuita donatio."

(*b*) inobsecrabilis] = inexorabilis. cf. ep. II. 7 i. f.: „inexorabilis religio". ep. III. 19: „frons inexorabilis."

(*c*) de nostro] i. e. ultro, nostra ipsorum auctoritate, nobis ipsis auctoribus.

(*d*) Ioel. 2. 12. cf. ep. III. 16. Cypr. de laps. 29 (Hart. I. 258) scribit: „reuertimini" cet., item ep. 55. 22 (Hart. II. 640). de laps. 36 (Hart. I. 263). de bono pat. 4 (Hart. I. 399). Tert. pud. 2 (O. I. 794).

(*d**) Es. 55. 7. cf. ep. III. 16. Cypr. test. III. 11 (Hart. I. 122), qui pro facinorosus praebet iniquus, itemque Vulgata.

(*e*) Ioel. 2. 13. cf. ep. III. 21. Cypr. de laps. 36 (Hart. I. 263). ep. 55. 22 (Hart. II. 640). de bono pat. 4 (Hart. I. 399): „— — — aduersus malitias irrogatas." Tert. de pud. 2 (O. I. 794).

(*f*) et] cum codd. omisi coll. loco similis structurae ep. III. 11: „hominis confirmatum testamentum nemo superordinat, dei tabulam tabula diuersa mutabit?"

hic non potest subuenire? Pigeat (*g*) sane peccare [5], sed paenitere non pigeat. Pudeat periclitari, sed non pudeat liberari. Quis naufrago tabulam, ne euadat, eripiet (*h*)? Quis sanandis [6] uulneribus inuidebit? An [7] non Dauid [7*] (*i*): »lauabo per singulas noctes lectum meum, [in] lacrimis [8] (*k*) stratum meum rigabo?« Et iterum (*l*): »peccatum meum ego agnosco [9] et facinus meum non texi?« Et adhuc (*m*): »dixi: prosequar [10] aduersum me delictum [11] meum deo meo, et tu remisisti impietatem cordis *mei* [12]?« Nonne ill*i* [13] post caedis et adulterii reatum pro Bethsabee [13*] paenitenti propheta respondit (*n*): »dominus abstulit a te peccatum tuum?« *Nonne* [14] (*o*) Babylonium regem (*p*) post tot idolo-

[5] peccare, pecca *e ras. P.* [6] sanandis is *in margine est add.; erasum est alqd post uoc. P.* [7] at *exp. litt.* t, *suprascr.* n *R.* [7*] *Post* Dauid *inserunt* dicit *edd.*. [8] lacrimis *edd.*. in lacrimis *PR. Tilius.* [9] agnoco *suprascr. litt.* s *P.* [10] prosequar, s (ſ) *e rasura ex* f *corr. esse uid. P.* [11] delictum *rasuris corr. est ex* dilectum *P.* [12] mei *PR. Tilius. om. edd.*. [13] illi *PR.* ille *edd.. cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 189.* [13*] bersabee *R.* [14] Nonne *ego.* Non *P.* Num *R. edd.*.

(*g*) pigeat sane peccare cet.] Tert. paen. 7 i. f. (O. I. 658): „pigeat sane peccare rursus, sed rursus paenitere non pigeat; pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari. Neminem pudeat." cf. Pac. paraen 12.

(*h*) quis naufrago tabulam eripiet?] cf. Tert. paen. 4 (O. I. 649): „eam (scil. paenitentiam) tu peccator, ita inuade, ita amplexare, ut naufragus alicuius tabulae fidem." Tert. paen. 12 (O. I. 665): „quid ego ultra de istis duabus humanae salutis quasi plancis?" Notandum est paenitentiam dici secundam tabulam (cf. paen. 9 (O. I. 659)), „quia scilicet prima paenitentia, qua accedebant ad accipiendum baptisma, dicebatur nauis." Oehl. ad Tert. paen. 4 (I. 649). cf. Tert. pud. 13 (O. I. 820 in.). Pac. ep. II. 4: „Nouatiani philosophia, per quam ille in naufragium religionis incurrit" Tert. paen. 7 (O. I. 657): „plerique naufragio liberati" cet. Cypr. ep. 4. 2 (Hart. II. 474): „liberanda est uigilanter de periculosis locis nauis, ne inter scopulos et saxa frangatur."

(*i*) Ps. 6. 7. cf. ep. III. 15 in. paraen. 10 med.

(*k*) in] ante lacrimis omisi cum edd. coll. paraen. 10, ubi idem locus legitur.

(*l*) Ps. 31. 5.

(*m*) ibid.

(*n*) 2 Reg. 12. 13.

(*o*) nonne] scripsi propter sequens et praecedens nonne, quamquam sufficit simplex non, nam nihil apud nostrum usitatius quam omissio particulae interrogatiuae. cf. ep. III. 14 in. ad c. 10. c. 11 c. 15 in. c. 16 i. f. c. 21 in. Vid. v. d. Vliet, Tert. p. 61 annot.

(*p*) Babylonius rex] cf. paraen. 9 i. f.. Tert. pat. 13 (O. I. 610).

latriae [15] facinora damnatum exomologesis liberauit [16]? Et quid est quod ait dominus (*q*): »nonne qui ceciderit resurget et qui auersus [17] fuerit conuertetur [18]?« Quid illa tot similitudinum dominicarum argumenta (*r*) respondent? Quod drachmam [19] inuenit mulier (*s*) et gratulatur inuentam; quod pastor ouem reportat (*t*) erraticam; quod filio reuertenti (*u*) post prodacta (*v*) omnia bona et cum meretricibus et fornicariis nepotata [20] (*w*) pater blandus occurrit et inuidum fratrem

[15] ydolatriae *P.* idolatriae *R.* [16] exomologesis non liberauit *edd.*, *quae* num *praebent pro* nonne. [17] auersatus *erasis* at *R.* [18] conuertetur *corr. ex* conuertitur *R.* [19] dragmam *P.* [20] epotata *P.* epotata *corr. ex* epogata *R.* ne potata *Tilius.*

(*q*) Ier. 8. 4. cf. Tert. paen. 8 (O. I. 658).

(*r*) quid illa tot similitudinum dominicarum argumenta cet.] fere ad litteram descripsit e Tert. paen. l.l.: „quid illa similitudinum dominicarum argumenta nobis uolunt?" cf. Tert. pat. 12 (O. I. 608): „sic et illis dominicarum similitudinum exemplis de patientia sanctis adest." Similitudines Tertulliano ceterisque patribus Latinis sunt figurae, parabolae. cf. Oehl. ad Tert. paen. l.l. Pac. ep. III. 14. argumentum = simulacrum, sermo figuratus, imago. cf. Apul. 11. 3 (de Iside): „super frontem plana rotunditas, in modum speculi, vel immo argumentum lunae." ib. 6. 20. cf. Verg. Aen. 7. 791. Ou. met. 6.69. Cic. Verr. 4. 56. 124. Act. apost. 1. 3. Tert. bapt. 8 (O. I. 627).

(*s*) quod drachmam .... inuentam] Tert. paen. 8 (O. I. 658): „quod mulier drachmam perdidit et requirit et reperit et amicas ad gaudium inuitat." Luc. 15 8, 9. (Cypr.) ad Nouat. 15 (Hart. III. 65).

(*t*) quod pastor ouem reportat erraticam] Tert. paen. l.l.: „errat et una pastoris ouicula, sed grex una carior non erat; una illa conquiritur, una pro omnibus desideratur et tandem inuenitur et humeris pastoris ipsius refertur." Tert. pat. 12 (O. I. 608): „erroneam ouem patientia pastoris requirit et inuenit .... et humeris insuper aduehit baiulus patiens peccatricem derelictam." cf. id. pud. 9 (O. I. 812). Luc. 15. 4 sqq. (Cypr.) ad Nouat. 15 (Hart. III. 65). Cypr. ep. 55. 15 (Hart. II. 634).

(*u*) quod filio reuertenti .... inuentus est] Luc. 15. 22—32. Tert. paen. 8 (O. I. 659): „illum etiam mitissimum patrem non tacebo, qui prodigum filium reuocat et post inopiam paenitentem libens suscipit, immolat uitulum praeopimum, conuiuio gaudium suum exornat." id. pat. 12 (O. I. 609): „illum quoque prodigum filium patientia patris et recipit et uestit et pascit et apud impatientiam irati fratris excusat." cf. Pac. ep. III. 13. Tert. pud. 9 (O. I. 812).

(*v*) prodacta] cf. Tert. pud. 8 (O. I. 808): „minor filius prodacta substantia dei in aliena regione mendicat."

(*w*) nepotata] part. passiue usurpatum nil est quod miremur. nepotari = prodigere, deuorare, dilapidare. Inde deriuantur nepotalis = conueniens nepotibus seu luxuriosis; nepotatio = nepotatus = prodigalitas.

ostensa ratione castigat: »filius«, inquiens [21] »meus hic mortuus fuerat [22] et reuixit, perierat et inuentus est?« Quid ille in uia uulneratus, a Leuita et sacerdote praeteritus (*w**)? Nonne curatur? *E*uolue [23] (*x*) quae spiritus dicat ecclesiis: Ephesios [24] desertae dilectionis (*y*) accusat [25]; stuprum Thyatirenis [26] imputat, Sardos [27] in opere cessantes, Pergamenos [28] docentes diuersa reprehendit, Laodicenorum diuitias inurit [29]; et [30] tamen omnes ad paenitentiam satisfaction*is* [1] (*z*) inuitat.

---

[21] inquit *exp. litt.* t, *suprascr.* ens *R.* [22] *Inter* fuerat *et* et *erasum alqd habet P.* [23] euolue *pro* reuolue *ego.* [24] Ephesios *corr. ex* Ephesiis *R.* [25] accusat *corr. ex* actus at *R.* [26] tyatirenis *P.* [27] Sardos, s *finalis repetita postea erasa est R.* [28] pergamenos o *e ras. P.* [29] inurit n *corr. est e litt. non amplius obuia P.* [30] et *in margine add. man. 2. P.* [1] satisfactionis *PR.* satisfactione *Migne. sub priore litt.* a *conspicitur punctum, quod postea est erasum;* s *e ras. corr. est ex* f *P.*

Gloss. Lat. Graec. Sangerm.: „nepotatus ἀσωτία, luxuria, lasciuia." cf. Tert. apol. 46 (O. I. 284): „Aristippus in purpura sub magna grauitatis superficie nepotatur." Sen. de ben. 1. 15. 1: „ueto liberalitatem nepotari." cf. Blokhuis p. 148.

De tribus parabolis legantur Pac. ep. III. 13. 14. paraen. 12. i. f. Tert. pud. 7 sqq. (O. I. 803 sqq.).

(*w**) uulneratus, a Leuita et sacerdote praeteritus] Luc. 10. 30 sqq.. Cypr. ep. 55. 19 (Hart. II. 638). (Cypr.) ad Nouat. 1 (Hart. III. 52).

(*x*) euolue et q. s.] Tert. paen. 8 (O. I. 658): „id si dubitas, euolue quae spiritus ecclesiis dicat. Desertam dilectionem Ephesiis imputat, stuprum et idolothytorum esum Thyatirenis exprobrat, Sardos non plenorum operum incusat, Pergamenos docentes peruersa reprehendit, Laodicenos fidentes diuitiis obiurgat et tamen omnes ad paenitentiam commonet, sub comminationibus quidem." cf. Apoc. 2 et 3. euolue scripsi cum Tert. l.l. et coll. paraen. 7 in.: „euoluite apostolos."

(*y*) dilectio] cf. ep. III. 4 i. f. Tert. adu. Marc. IV. 27 (O. I. 233). Cypr. test. III. 3 (Hart. I. 114 sq.). Tert. pud. 13 (O. I. 817). Cypr. ep. 55. 19 (Hart. II. 637). Est Graecorum ἀγαπη. cf. Tert. apol. 39 (O. I. 265).

(*z*) satisfactio] cf. paraen. 4: „conuicium satisfactione pensabitur." De paenitentiae uocabulis satisfacere et satisfactio disputat Desid. Heraldus Digress. II. 4. p. 279 sqq.. cf. Tert. paen. 8 (O. I. 659): „confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumaciae." id. de ieiun. 16 (O. I. 876): „de satisfactione inuitatus a rege." Pac. paraen. 12: „si ad patrem uestrum uera satisfactione redeatis." Tert. paen. 9 (O. I. 660): „sed quatenus satisfactio confessione disponitur." Cypr. de laps. 14 (Hart. I. 247): „ut magis fratres ad precem satisfactionis instigem." 15 (Hart. I. 248). 17 (Hart. I. 249): „deus nostra satisfactione

Quid apostolus ad Corinthios cum ita dicit [2] (*a*): »ne cum uenero lugeam multos ex his qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam ex his quae ante gesserunt in fornicatione et immunditiis suis?« Quid rursus [3] ad Galatas (*b*): »si quis praeuentus fuerit in aliquo delicto [id est quocumque [4] (*c*)], uos qui spiritales [5] estis, instruite eiusmodi (*d*) in spiritu mansuetudinis, cauens ne et tu tempteris« [6] (*e*). At numquid paterfamilias in magna domo argentea tantum et aurea uasa custodit? Nonne [7] et fictilia (*f*) et lignea et composita quaedam et refecta dignatur [8] (*g*)? »Nunc gaudeo«,

---

[2] dicat *P.* [3] Quid cum rursus *R. edd.* cum *om. P.* [4] id est quocumque *glossema deleui ego.* [5] spāles *P.* spiritales *edd.*. spirituales *Tilius.* [6] tempteris *P.* [7] Non *PR.* Nonne *cum edd. ego.* [8] dignantur *exp. altera* n *P.*

---

placandus est." 28 (Hart. I. 258). 30 i. f. (Hart. I. 260). 34 (Hart. I. 262): „illic superest paenitentia quae satisfaciat." 36 (Hart. I. 263). id. ad Fort. 25 (Hart. I. 369). id. ep. 55. 11 (Hart. II. 631). ep. 59. 14 (Hart. II. 683).

(*a*) 2 Cor. 12. 21. cf. Tert. pud. 15 (O. I. 826). Cypr. ep. 55. 26. (O. II. 644).

(*b*) Gal. 6. 1. cf. Cypr. test. III. 9 (Hart. 1. 120). ep. 55. 18 (Hart. II. 636).

(*c*) id est quocumque] est quidem unicum scholii exemplum apud nostrum, sed egregium.

(*d*) eiusmodi] substantiue positum pro: homines uel res eiusmodi, tales, quo nihil est apud ecclesiasticos usitatius, quod idem ualet de huiusmodi. cf. Oehl. ad Tert. bapt. 12 (O. I. 631). v. d. Vliet, Tertullianus p. 29. Blokhuis p. 76 sq.. Apud nostrum quoque legitur. cf. ep. III. 17, 18, locis e libris sacris desumptis; item 20 et paraen. 9: „serum est in eiusmodi" cet..

(*e*) cauens ne et tu tempteris] Vulgata et Cypr. test. III. 9 (Hart. I. 120). Pac. ep. III. 20 tamen affert: „considerantes uosmetipsos ne temptemini", itemque Cypr. ep. 55. 18 (Hart. II. 636): „in contemplatione habentes unusquisque, ne et uos temptemini."

(*f*) uasa fictilia] cf. Tert. pat. 10 (O. I. 605): „nos putres, uasa fictilia." Cic. ad Att. 6. 1. Totus locus fere repetitur ep. III. 26: „haec igitur erit domus magna, locuples omnium diuersitate uasorum, in qua purum refulget aurum, in qua ductile lucet argentum, uerum quae et lignea, sicut scriptum est, et fictilia uasa dignatur." cf. ep. III. 2 i. f. Desumptus est ex 2 Tim. 2. 20. cf. Cypr. ep. 54. 3 (Hart. II. 622). ep. 55. 25 (Hart. II. 643). Pac. ep. III. 26.

(*g*) dignatur] eadem uerba leguntur ep. III. 26.

inquit apostolus [9] (*h*) »quia contristati estis ad paenitentiam«. Et iterum (*i*): »quia secundum deum tristitia paenitentiam in salutem stabilem operatur.«

VI. Sed (*k*) paenitere non licuit [10] (*l*). Nemo sine fructu imperat laborem: »dignus (*m*) est enim *operarius* [11] mercede sua«. Numquam [12] (*n*) deus non paenitenti comminaretur, nisi ignosceret paenitenti. Solus (*o*) hoc, inquies, deus poterit. Verum est, sed et quod per sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud, quod apostolis dicit (*p*): »quae ligaueritis in terris ligata erunt et in caelis, et quaecumque solueritis in terris soluta erunt et in caelis?« Cur hoc si ligare hominibus ac soluere non licebat? An tantum hoc solis apostolis licet? Ergo (*q*) et baptizare solis licet et

[9] Nunc inquit gaudeo apostolus *PR. ordinem mutaui cum edd.*. [10] licuit *corr. ex* lucuit *R.* [11] operarius *PR.* mercenarius *edd.* [12] numquam a *e ras. P.*

(*h*) 2 Cor. 7. 9.

(*i*) 2 Cor. 7. 10.

(*k*) Sed] „solet Tertullianus praesumptionibus (προκαταλήψεις dico) praemittere particulam sed eodem sensu quo antiquiores aut. Fingit enim aliquem contra se disputantem et sibi obicientem cet." v. d. Vliet, Tertullianus, p. 51. In Paciano praeter hunc locum cf. ep. II. 5 in.: „sed nostri magis questi sunt." ep. III. 20 in.

(*l*) licuit] sanum esse uix potest.

(*m*) Matth. 10. 10. Luc. 10. 7. 1 Tim. 5. 18. cf. Tert. adu. Marc. IV. 24 (O. II. 223).

(*n*) numquam deus .... nisi ignosceret paenitenti] idem Pacianus paraen. 12: „nec utique non paenitentibus comminaretur, nisi ignosceret paenitentibus," quod exscripsit e Tert. paen. 8 (O. I. 658): „non comminaretur autem non paenitenti, si non ignosceret paenitenti." cf. Cypr. ep. 55. 22 (Hart. II. 640): „quod utique ad paenitentiam dominus non hortaretur, nisi quia paenitentibus indulgentiam pollicetur."

(*o*) solus deus poterit] cf. Tert. pud. 21 (O. I. 842): „quis autem poterat donare delicta? Hoc solius ipsius est."

(*p*) Matth. 16. 19. Ioann. 20. 23. cf. Matth. 18. 18. Pac. ep. III. 11. Cypr. de cath. eccl. un. 4 (Hart. I. 212). ep. 33. 1 (Hart. II. 566). ep. 75. 16 (Hart. II. 820). ep. 69. 11 (Hart. II. 759). ep. 73. 7 (Hart. II. 783).

(*q*) ergo et baptizare solis licet cet.] cf. Cypr. ep. 75. 16 (Hart. II. 821): „potestas ergo peccatorum remittendorum apostolis data est et ecclesiis quas illi a Christo missi constituerunt et episcopis qui eis ordinatione uicaria successerunt."

spiritum sanctum dare [13] solis et solis gentium peccata purgare, quia totum hoc non aliis quam apostolis imperatum est. Quod si uno in loco et resolutio uinculorum et sacramenti potestas datur, aut totum ad nos ex apostolorum forma (*r*) et potestate deductum est aut nec illud ex decretis (*s*) relaxatum (*t*) est. »Ego,« inquit (*u*), »fundamentum posui, alius autem superaedificat.« Hoc ergo superaedifica*mus* [14] quod apostolorum doctrina fundauit. Denique et episcopi apostoli nominantur, sicut de Epaphrodito [15] Paulus edisserit (*v*): »fratrem et commilitonem«, inquit, »meum, uestrum autem apostolum.« Si ergo et lauacri et chrismatis [16] (*w*) potestas, maiorum longe [17] charismatum, [18] ad episcopos (*x*) inde descendit, et ligandi quoque ius (*y*) affuit [20] atque soluendi. Quod etsi nos *id* [21] ob nostra peccata temerarie uindicamus, deus tamen illud ut sanctis et apostolorum ca-

[13] *Inter* dare *et* solis *alqd erasum habet P.* [14] superaedificamus *PR. edd.*. superaedificantes *Migne.* fica *add. man. 2.* d *e ras. P.* [15] epafrodito *P.* [16] chrismatis *priorem* s *suprascr. man. 2. P.* [17] maiorum longe *PR. edd.*, maiorum et longe *Migne.* [18] charismatum *corr. ex* carismatum *R.* crismatum *P.* [19] lingandi *exp. priore* n *P.* ligandi *corr. ex* liganti *R.* [20] affuit *P. priorem* f *pro* d *erasam habet R.* [21] id *PR. om. edd.*.

(*r*) forma] = χαρακτήρ. cf. ep. III. 13. 14. 22. Apud Tert. persaepe forma = modus, lex, ratio. cf. Oehl. ad Tert. idolol. 18 (I. 99). Cypr. ep. I. 1. (Hart. II. 466) 2 (Hart. ib.) ep. 19. 2 (Hart. II. 525). ep. 27. 2. (Hart. II. 542). ep. 55. 27. (Hart. II. 645).

(*s*) ex decretis] estne corruptum?

(*t*) relaxare] cf. ep. III. 7: „cum tantum in baptismate tibi liceat relaxare peccatum." ib.: „ueniam paenitentibus relaxare." 12: „id quod peccetur in hominem, septuagies et septies relaxandum."

(*u*) ego cet.] 1 Cor. 3. 10.

(*v*) Philipp. 2. 25.

(*w*) chrisma] cf. Tert. bapt. 7 (O. I. 626): „ex quo Aaron a Moyse unctus est, unde Christus dicitur a chrismate, quod est unctio, quae domino nomen accommodauit, facta spiritalis, quia spiritu unctus est a deo patre," et Oehl. ad locum.

(*x*) ad episcopos] cf. Cypr. ep. 75. 16 (Hart. II. 821): „potestas ergo peccatorum remittendorum apostolis data est et ecclesiis, quas illi a Christo missi constituerunt et episcopis qui eis ordinatione uicaria successerunt."

(*y*) ligandi ius atque soluendi] cf. ep. III. 11 in.

thedram [22] tenentibus non negabit, qui episcopis etiam unici sui (*z*) nomen indulsit.

VII. Plura scriberem, frater, ni et celeritate pueri (*a*) reuertentis [23] urgerer [24] <et> [25] uel praesenti tibi uel de omni [26] (*b*) proposito confitenti copiosiora seruarem. Nemo episcopum hominis contemplatione despiciat. Recordemur quod Petrus apostolus dominum nostrum episcopum [27] nominarit: »sed conuersi,« inquit (*c*), »modo ad episcopum et pastorem animarum [28] uestrarum.« Quid [29] episcopo negabitur, in quo dei nomen operatur (*d*)? Reddet [30] quidem ille [1] rationem, si quid perperam fecerit, uel si corrupte et impie iudicarit. Nec praeiudicatur deo (*e*), quo minus mali aedificatoris opera

---

[22] cathedā P. [23] reuerentis *R.* [24] urguerer *exp. altera litt.* u *R.* [25] et *om. PR. Tilius. inserui cum edd..* [26] omni *codd. et edd.* nomine *Latinius.* [27] episcopum *add. man. 2. P.* [28] animinarum *exp.* ina *P.* [29] Qui de *pro* Quid *P.* [30] reddet *corr. ex* redde *R.* [1] ille *PR., edd..* illi *Migne.*

(*z*) unici sui] scil. filii, ut saepe. cf. Cypr. ep. 51. 1 in. (Hart. II. 614): „deo patri omnipotenti et Christo eius domino et deo nostro salutari." id. ad Fort. 4 (Hart. I. 319). ep. 55. 8 (Hart. II. 629). ep. 66. 7 (Hart. II. 731). 5 (ib. 730). 9 (ib. 733) et saepius.

(*a*) pueri] de Paciani filio cf. praef. in.

(*b*) de omni proposito confitenti] Latinii coniectura „de nomine proposito" mihi non arridet. Non enim de nomine catholico Pacianus exigit, ut animi sententiam suam aperiat Sympronianus, sed de fide catholica. Sententiam Symproniani de nomine catholico plane et diserte refutauit Pacianus c. 4. De fide autem agi, uidebis ex c. 1 in.: „quod ex nobis fidem catholicae ueritatis examinas, tu potissimum quae uel quam diuersa sequereris indicare debueras. cf. c. 2, exitum huius epistulae et ep. II. 2.

(*c*) 1 Petr. 2. 25.

(*d*) operari] cf. ep. II. 2. 2 Cor. 7. 10 (Pac. ep. I. 5 i. f.) Cypr. test. III. 96 (Hart. 177): „factis non uerbis operandum est." ep. 62. 5 (Hart. II. 700). Saepissime apud Cypr. legitur operari = eleemosynas dare, et operatio = eleemosynae operatio. cf. de op. et eleem. 15 (Hart. I. 384 et 385). ep. 31. 4 (Hart. II. 532). de dom. or. 32 (Hart. I. 290). de laps. 35 (Hart. I. 263). de op. et eleem. 16 (Hart. I. 386): „operari in pauperem." cf. Tert. uirg. uel. 13 (O. I. 903): „eleemosynae operatio."

(*e*) nec praeiudicatur deo cet.] cf. Cypr. ep. 55. 18 (Hart. II. 636): „neque enim praeiudicamus deo iudicaturo quo minus si paenitentiam plenam et iustam peccatoris inuenerit, tunc ratum faciat quod a nobis fuerit hic statutum. Si uero nos aliquis paenitentiae simulatione deluserit, deus qui non deridetur et qui cor hominis intuetur de his quae nos minus perspeximus iudicet et seruorum sententiam dominus emendet," cet.

rescindat [2] (*f*): interea [3] si pia illa administratio est, adiutor dei operum perseuerat (*g*). Ecce apostolus ad laïcos scribit (*h*): »si cui quid donastis [4] (*i*), et ego; nam et ego quod donaui, si quid donaui, propter uos in persona Christi, ut non possidea*m*ur [5] a satana [6]; non enim uersutias eius ignoramus.« Si autem quod laïci donant apostolus donasse se dicit, quod episcopus fecerit, qualiter respuetur? Ergo *nec chrisma* [7], nec baptisma [8], nec criminum remissio, nec innouatio [9] corporis sanctae potestati [10] eius indulta est, quia nihil propria usurpatione mandatum est totumque id ex apostolico iure defluxit. Sci*t*o [11], frater, hanc ipsam paenitentiae ueniam non passim omnibus dari nec antequam aut interpretatio diuinae uoluntatis aut forsitan uisitatio fuerit [12], relaxari (*k*); magno pondere magnoque libramine post multos gemitus effusionemque lacrimarum, post totius ecclesiae preces, ita ueniam uerae paeni-

[2] rescindat at *e ras. P.* [3] interea —— —— perseuerat *om. P.* [4] donastis *PR.* donatis *edd..* [5] possideamur *PR.* amur *e ras. P.* possideatur *edd..* [6] sathana *P.* [7] nec chrisma *PR. edd., om. Migne.* crisma s *e ras. P.* [8] baptisma a *finalis rasura corr. est ex* u *P.* [9] innouatitio *exp.* ti *P.* [10] *erasum est punctum post uoc.* potestati *P.* [11] scito *PR.* scio *edd..* [12] *inter* fuerit *et* relaxari *alqd erasum (interpunctionem, ut mihi uidetur) habet P.*

(*f*) rescindere] = abolere, tollere, infirmare. cf. ep. III. 19. Tert. paen. 2 (O. I. 645): „rescissa sententia irarum pristinarum." apol. 14 (O. I. 170): „rescissa damnatio Socrati testimonium reddidit." de carn. Chr. 2 (O. II. 427): „rescindendo quod retro (= antea) credidisti." de resurr. carn. 57 (O. II. 544): „ad rescissionem mortis." pud. 14 i. f. (O. I. 824): „lusit igitur et de suo spiritu et de ecclesiae angelo et de uirtute domini, si quod de consilio eorum pronuntiauerat rescidit." Cypr. de laps. 18 (Hart. I. 250): „domini praecepta rescindere." Cypr. ep. 31. 7 (Hart. II. 563). (Cypr.) de spectac. 4 (Hart. III. 6).

(*g*) perseuerare] cf. Cypr. ep. 55. 20 (Hart. II. 638). 22 (Hart. II. 639).

(*h*) 2 Cor. 2. 10, 11. cf. Tert. pud. 13 (O. I. 817). Pac. ep. III. 18.

(*i*) donare] = condonare, ut persaepe apud ecclesiasticos. cf. Pac. ep. III. 1: „quod mortale peccatum ecclesia donare non possit." 7 med.: „deus, qui et in baptismate donat admissum." 15 i. f.: „reliqua bonis paenitentibus donantur." paraen. 3. bapt. 7. Tert. pud. 2 (O. I. 794): „filios dei misericordes et pacificos esse oportet, donantes inuicem sicut et Christus donauit nobis." 21 (O. I. 842). Cypr. de laps. 17 (Hart. I. 249). 18 (Hart. I. 250). ep. 75. 17 (Hart. II. 821).

(*k*) relaxare] cf. ad c. 6.

tentiae non negari, ut iudicaturo Christo nemo praeiudicet. Si apertius quid tu sentias scripseris, frater, plenius instrueris [13] (*l*).

---

[13] ad simpronianum (an *litteris nigris additum)* prima explicit. Incipit secunda *litteris minio depictis P.* Ad simpronianum prima explicit; incipit epistula secunda *R.*

(*l*) plenius instrueris] cf. ep. I. 2.

EPISTVLA II.

Pacianus [1] episcopus Symproniano fratri salutem.

I. In quaestione prolixa (*a*) quantum potero breuitatem sequar. Neque tibi, frater, sub interrogationis bonae specie occulta uerborum tela iaculanti [2] atque obicienti, quae [3] ipse machinare, aliquam uicem repensabo. »Orare pro persequentibus« iubemur (*b*) »maledicentibusque benedicere.« Fraus (*c*) enim quasi uulpeculae, uis [4] leonis est; utrumque ab homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore. Nam cum plus *nosse te* [5] credas, quasi ignarus interrogas; cum docere te putes, simulas erudiri. Rabbi [6] dominum uocabant

---

Epistulae inscriptiones, quae in edd. leguntur, uelut „de Symproniani litteris" in codd. non reperiuntur. [1] acianus *P.* [2] iaculanti *corr. ex* iaculati *R.* [3] quam *pro* quae *Barth adu. p. 1921.* [4] uis leonis est *PR.* uis autem leonis est *edd..* [5] nosse te *P.* nos sete *R.* nocere *edd.. cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 189.* [6] Rabi *P.*

(*a*) prolixus] = longus. cf. Augustin. ep. 138. 20: „prolixissima epistula." De oratione = uerbosus, apud scriptores sequioris aeui. cf. Macrob. Sat. 3. 7. 8: „cuius exemplum, ne sim prolixus, omisi." Apul. flor. 3. p. 359. 23: „quod utinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppeteret, ac non hic maxime clauderet, ubi me facundissimum cuperem," quo loco tamen non significat simpliciter uerbosam orationem, sed eloquens flumen orationis. Adu. prolixe apud Gell. 12. 1 in.: „fabulari instituit prolixius." Figuratim Gell. 13. 29 (28). 3. cf. Blokhuis p. 181.

(*b*) Matth. 5. 44.

(*c*) fraus enim quasi uulpeculae cet.] totum hunc locum exscripsit P. e Cic. de off. 1. 13. 41: „cum autem duobus modis, id est aut ui aut fraude, fiat iniuria, fraus quasi uulpeculae, uis leonis uidetur; utrumque homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore."

ueteres Pharisaei, cum aenigmata legis opponerent; magistrum appellabant, cum sibi omne magisterium uindicarent. Quidlibet agas, frater, totum ex me simpliciter (*d*) recognosces. Malo imperitus quam malitiosus intellegi [7], malo fatuus quam callidus iudicari. Quare prius quam rationem fidei nostrae, de qua moueris, assignem (*e*), accipe pauca de litteris tuis, quas tractatui praetulisti.

II. Refectum [8] esse te dicis prioribus epistulis meis et statim addis me cum amaritudine respondisse quae scripserim. Si amara reficiunt, quid dulcia operentur (*f*) ignoro, nisi [9], ut in medicinae [10] poculis, solet (*g*) amarum [11] magis quam dulce medicari. Sed, quaeso, litteras meas repetas (*h*), an aliquo felle (*i*) respersae [12] sint, quid superbum, quid insuaue responderim. Plures me ais haereses (*k*) nominasse, de quibus nemo quaesierit. Age (*l*), quid tua (*m*), si haereticus

---

[7] intelligi *P.* [8] refectum *corr. ex* rectum *R.* [9] quia *post* nisi *inserunt edd.*. [10] medicinae *edd.* medicina *PR. Tilius.* [11] amarum *corr. ex* amaram *R.* [12] respersae *prior* s *suprascr. P.*

(*d*) simpliciter] cf. ad ep. I. 2.

(*e*) assignare] = demonstrare, ostendere, χαρακτηρίζειν, tamquam sigillo impresso confirmare. cf. Tert. pud. 21 (O. I. 841): „disciplina hominem gubernat, potestas assignat." pat. 13 (O. I. 610): „haec (scil. patientia) et uiduam tenet et uirginem assignat."

(*f*) operari] cf. ad ep. I. 7.

(*g*) solet amarum magis quam dulce medicari] cf. Quint. 3. 1. 5. Tert. paen. 10. i. f. (O. I. 662): „tamen quae per insuauitatem medentur, et emolumento curationis offensam sui excusant et praesentem iniuriam superuenturae utilitatis gratia commendant." cf. Aristot. problem. 48. sect. 1.

(*h*) repetas] cf. ep. III. 11: „primum praecepti istius caput repete." ep. II. 7 in.: „uerum recole utrimque litteras; iam uidebis spiculisne an floribus paginam conseramus."

(*i*) fel] cf. Tert. pud. 14 (O. I. 821): „animaduertamus autem totam epistulam primam, ut ita dixerim, non atramento sed felle conscriptam." Pac. ep. III. 21. Tert. bapt. 8 (O. I. 627).

(*k*) haeresis] cf. Tert. praescr. haer. 6 (O. II. 7 sq.): „adulterae doctrinae, haereses dictae Graeca uoce, ex interpretatione electionis qua quis siue ad instituendas siue ad suscipiendas eas utitur. Ideo et sibi damnatum dixit haereticum (scil. Paulus), quia et in quo damnatur sibi elegit."

(*l*) age] cf. ad ep. I. 3.

(*m*) quid tua] scil. interfuit.

non eras? Qui cum de fide nostra quaestionem moueres [13] et doceri uelle te diceres, scripsi (*n*) ignorantiae causas esse multiplices (*o*); quae uos potissimum (*p*) haberet aperires [14], ne retexendis [15] (*q*) pluribus aestuarem [16] (*r*). De catholico nomine multa respondi placide. Dixi (*s*) enim nihil alterius interesse quid alius uocaretur. Ac si uim nominis postulares, quodcumque illud *esset* [17], esse mirificum, seu unum super omnia (*t*), seu, quod ante non dixi, filius regis (*u*), id est populus christianus. *A deo* certe *nomen* [17*] inditum [18] nobis quod per saecula tanta non caderet (*v*). Et sane gratulor, quod licet alios anteposueris [19], etiam circa (*w*) nos assentire [20] de nomine. Quid si negares? Natura clamaret. Aut si adhuc dubitas, taceamus. Ambo quod uocabimur [21], hoc

---

[13] quaestionem moueres *PR.* moueres quaestionem *edd.*. *altera* e *uoc.* moueres *corr. est ex* a *P.* [14] ut aperires *edd.*. [15] retexendis is *add. man. 2. P.* [16] estuarem *inter* t *et* u *alqd erasum habet P.* [17] esset *PR. Tilius. praue desideratur in edd.. cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 189.* [17*] nomen *et* a deo *pro* non *et* adeo *corr. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 190.* [18] inditum t *corr. e litt. non iam obuia P.* [19] anteposueris, ante *add. man. 2. P.* [20] assentire *P.* assentiare *R. edd.*. [21] uocabimur *corr. esse uid. ex* uocabimus *P.*

(*n*) scripsi] ep. I. 1.

(*o*) multiplices] cf. ep. I. 2 in.

(*p*) potissimum] amat hoc uocabulum Pacianus. cf. ep. I. 1 in. ep. III. 26 in.

quae uos potissimum haberet, tu aperires] cf. ep. I. 1: „tu quae uos causa potissimum de unitate corporis nostri soluisset aperires."

(*q*) retexere] = narrare, commemorare. cf. Tert. bapt. 15 (O. I. 633). ad nat. II. 7 (O. I. 364): „cur non credatis talia retexentibus de deis uestris?"

(*r*) aestuare] cf. ep. I. 4 in.

(*s*) dixi enim cet.] in prima ep. nusquam reperiuntur.

(*t*) unum super omnia] ep. I. 4.

(*u*) filius regis] cf. bapt. 6: „hae sunt nuptiae domini .... Christus et ecclesia. Ex his nuptiis christiana plebs nascitur" cet..

(*v*) a deo .... caderet] cf. ep. I. 3: „certe non est ab homine mutuatum, quod per saecula tanta non caderet."

(*w*) circa nos assentire] cf. Tert. an. 2 in. (O. II. 558): „plane non negabimus aliquando philosophos iuxta nostra sensisse." circa = iuxta, cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 392.

etiam] num tamen?

erimus teste nominis uetustate. Ceterum si pertinacius flagitaueris, uide ne tibi uir ille uirtutis exclamet (*x*): »quid interrogas nomen meum? Et ipsum est mirabile.« Tunc addidi [22] (*x**) sane unde catholici nomen hoc traherent, non esse reputandum, quia (*y*) nec Valentinis si a Valentino, nec Phrygibus [23] si a Phrygia [24], nec Nouatianis si a Nouatiano uocarentur [25], imputari solere.

III. Hic tu grauiter commoueris et quasi aculeo [26] fixus erigeris. Nam sic iratus exclamas: Num quid [27] Cypriano sancto uiro hoc obest, quod populus eius apostaticum (*z*) nomen habet, uel Capitolinum (*a*) uel *Synedrium* [28] (*b*)? Conuiciaris, et ecce non moueor. Horumne [29] aliquid appellati sumus? Interroga saeculum (*c*), frater, totosque ex ordine annos, an nobis nomen hoc haeserit, an Cypriani populus aliud quam catholicus nominatus sit. Numquam ex his *ullum nomen* [30] audiui. Iam uide (*d*), si uocari aliquis

---

[22] addidi *PR. edd.*. addidisti *Migne*. [23] frigibus *P.* [24] frigia *P.* [25] uocarentur *corr. e* uacarentur *R.* [26] eculeo *legit Barth. adu. p. 1922.* [27] num quid, *uulgo* numquid. [28] συνέδριον *Tilius.* sindreum *P.* syndreum *R. edd.*. [29] horum ne *corr. ex* harum ne *R.* [30] ex his ullum nomen *PR.* nomen ullum ex his *edd.*.

(*x*) Iudic. 13. 18.

(*x**) addidi] ep. I. 3.

(*y*) quia], quoniam et quod apud ecclesiasticos idem ualent; interdum coniunguntur cum acc. c. inf.. cf. Cypr. ep. 53 (Hart. II. 620): „certi sumus te congaudere quod nos .... pacem fecisse." (Cypr.) de mont. Sina et Sion 12 (Hart. III. 116). cf. ad ep. III. 15.

(*z*) apostaticum nomen] Vb. apostatare habet Cypr. ep. 57. 3 (Hart. II. 652).

(*a*) Capitolinum] Capitolium apud ecclesiasticos uocantur templa gentilia et gentiles dei. cf. Cypr. ep. 59. 18 (Hart. II. 688). Capitolium Romanum curiam deorum uocat Tert. apol. 6 (O. I. 135).

(*b*) Synedrium] „conuicium est a concilio ductum in inuidiam Cypriani" Tilius in margine.

(*c*) saeculum] = corpus temporum, mundus, homines, et inde = ethnici. cf. Cypr. de hab. uirg. 10 (Hart. I. 195). 21 (Hart. I. 202). 22 (Hart. I. 203). de dom. or. 13 (Hart. I. 275). ep. 55. 6 (Hart. II. 627) et saepius. Tert. apol. 26 (O. I. 225) et saepius. Pac. infra.

(*d*) uide si cum indic.] cf. ep. III. 2: „uide si cum inermi ueritate confligis."

eo nomine potuit, quod sibi nescit impositum. Quid ergo? Maledicta (*e*) sunt ista, non nomina, et maledicta irascentium [1], maledicta petulantium. Quotuis [2] et ego uos possum appellare nominibus, si liceat irasci! Cyprianum sanctum uocas et populum *ipsius* [3] (*f*) apostaticum? Quomodo? »Si initium (*g*) sanctum, et farina; et si radix sancta, et rami.« Egone apostaticus an Nouatus [4]? Nouatus, inquam, patre prodito (*h*), ecclesia derelicta, partu uxoris effuso? Egone [5] apostaticus an Nouatianus (*i*), quem absentem epistula episcopum finxit, quem consecrante nullo linteata sedes (*k*) accepit? Verum

[1] irascentium *corr. ex* ira scientium *R.* [2] Quod uis *P.* [3] ipsius *PR.* eius *edd.*. [4] apostaticus an Nouatus *corr. ex* apostaticos an Nouatos *R.* [5] ego ne *Tilius.* [6] uos ipsi *P.*

(*e*) maledicta sunt ista cet.] in mente habuit Cic. pro Coel. 13. 30: „omnia sunt alia non crimina, sed maledicta iurgii petulantis magis quam publicae quaestionis. adulter, impudicus, sequester conuicium est, non accusatio; nullum est enim fundamentum horum criminum, nulla sedes; uoces sunt contumeliosae, temere ab irato accusatore, nullo auctore emissae."

(*f*) ipse] interdum = idem. cf. Tert. resurr. carn. 1 (O. II. 467). adu. Marc. V. 16 (O. II. 322). Cypr. ep. 75. 1 (Hart. II. 810): „in ipsa atque in eadem domo."

(*g*) Si initium cet.] Rom. 11. 16. „εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα, καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι" Tilius in margine.

(*h*) Nouatus, inquam, patre prodito cet.] cf. ep. III. 6. Cypr. ep. 52. 2. (Hart. II. 619): „pater etiam eius in uico fame mortuus et ab eo in morte postmodum nec sepultus. uterus uxoris calce percussus et abortione properante in parricidium partus expressus. et damnare nunc audet sacrificantium manus, cum sit ipse nocentior pedibus, quibus filius qui nascebatur, occisus est."

(*i*) Nouatianus cet.] cf. Cypr. in epistulis passim.

(*k*) linteatam sedem] cum emphasi dicit Pacianus, id est, uiuente adhuc episcopo rite creato (cf. ep. III. 6 i. f.), nam „uerisimile est, uacantes a morte episcoporum cathedras non linteatas, sed atratas fuisse .... sedilia autem episcoporum linteis ordinario more operiebantur." Barth. adu. p. 1922. cf. Vita Cypriani Pontio Diacono adscripta c. 16 (Hart. III. CVIII): „illic cum post iter longum nimio sudore madidatus sederet (sedile autem erat fortuito linteo tectum, ut et sub ictu passionis episcopatus honore frueretur)" cet. cf. Euseb. h. e. 6. 43. 9. Augustin. ep. 203 ad Max.: „in futuro dei iudicio nec absides gradatae nec cathedrae uelatae." Epistula synodica episcoporum Aegypti ap. Athanasium in apologia: „πῶς δὲ οἱ τὸν θρόνον τὸν ἐστολισμένον ἐπισκοπᾶς ὀδυρόμενοι" cet..

Qualis sedes illa episcoporum fuerit, ostendet Euseb. h. e. 10. 4. 44.

ista posterius (*l*). Interim ipsi uos [6] dicite quid uocemini. Negatisne Nouatianos a Nouatiano uocari [7]? Quodlibet *illis* [8] nomen imponas, semper istud haerebit. Scrutare (*m*) totos, si uidetur, annales et crede tot saeculis: respondebis [9] christianum. Inquirente [10] me genus sectae [11] Nouatianum non infitiaberis. Nec [12] tamen (*n*) ego Nouatiani tui nomen accuso, quod totiens [13] requisitum [14] circumloquentibus *litteris* [15] et operto quodam sinu claudis (*o*). Fatere, *frater*, *fatere* [16] simpliciter (*p*): nihil est sceleris [17] in [18] nomine. Quid te totiens [19] interrogatus abscondis? Quid causam [20] nominis erubescis (*q*)? Cum primum scripseras, Cataphrygem <te> [20*] putabam. Tu ne [21] secundis quidem litteris confiteris. Meo inuides nomini et tuum uitas? Vide quid [21*] sit pudoris in causa quae refugit quod uocatur!

IV. Quae [22] castigas et *satagis* [23]? Quasi ad rhetorem [23*] uenerimus aut ars [24] sit tractanda aut de uersibus Vergilii

---

[6] uos ipsi *P.* [7] uacari *R.* [8] illis *PR. om. edd..* [9] respondebis *corr. ex* responderis *R.* [10] inquirente *corr. ex* inquirentem *R.* [11] settae *R.* [12] nec *corr. ex* ne *R.* [13] totiens *P.* [14] requisitum *corr. ex* requisitam *R.* [15] litteris *ego.* lineris *R. Tilius.* lineis *P. edd..* [16] fatere frater fatere simpliciter *PR.* fatere simpliciter *edd.* fatere, fatere simpliciter *Tilius.* [17] sceleris c *ras. corr. ex* e *P.* [18] in *suprascr. man. 2. P.* [19] totiens *P.* [20] *inter* causam *et* nominis *erasum alqd habet P.* [20*] te *inserui ego.* [21] tu ne quidem secundis *P.* [21*] quid *PR. edd..* qui *Migne.* numquid *mauult v. d. Vliet.* [22] Qua et *pro* quae *R.* [23] satagis *pro* agis *v. d. Vliet, Mnem. 1892. p. 282.* agis *corr. ex* ais *R.* [23*] rethorem *P.* [24] ars *suprascr. litt.* s *R.*

(*l*) posterius .... interim] ut ep. III. 3 in. c. 8 med.
posterius] scil. ep. III. 6.
(*m*) scrutare totos annales .... et crede tot saeculis] cf. initio capitis: „interroga saeculum, frater, totosque ex ordine annos."
(*n*) Nouatiani nomen] cf. ep. I. 3 in.
(*o*) operto quodam sinu claudis] cf. ep. I. 1: „nunc clauso, ut ita dixerim, litterarum sinu."
(*p*) simpliciter] cf. ep. I. 2. ep. II. 1.
(*q*) erubescere c. acc. rei et personae] cf. Pac. ep. II. 4. paraen. 8. Tert. carn. Chr. 4 (O. II. 432). Tert. adu. Marc. I. 1 (O. II. 48) habet erubescere alicui. pud. 3 (O. I. 797) et saepius.

disputandum [25]? *Quid enim ego* [26] *dixeram aut quos Vergilii* [27] uersus enarraram [28]? Cum plures haereticos nominassem, addidi: »et quos fama recondit obscura.« (*r*) Et unde tu hoc de Vergilii uersu tractum putas, si Vergilium omnino non noueras [29]? Atquin ego [30] (*s*) non ex ordine uersum posui. Dixi enim: »quos fama recondit obscura«, ut loquentibus moris est ex copia sermonis humani [1] dicere [2] aliquid quod ante dictum sit. Tu uero uersum suo ordine, sua compage repetisti. Adeo Vergilium plus amasti, ut nefas [3] fieri putares, si uersum eius infringeres? Et tamen ego a paruulo didiceram. (*t*) Quid mirum si in ea incidi quae sciebam? In te, frater, tantus est labor, ut ea nunc demum legas quae lecta quondam ab aliis erubesc*as* [4]? Latinis institutum, Latine loquentem tam accusare debebis quam Graece Graecum, quam Parthice [5] Parthum, quam Punice Poenum: Medis, Aegyptiis, Hebraeis sua lingua est secundum copiam domini, qui eam in centum uiginti [6] (*u*) ora modulatus est. Poeticum uersum episcopus dixit. Quid Paulus apostolus? Erubescit, cum Atheniensem [7] illum uersum et dicit [8] et comprobat? Nam in actis [9] apostolorum ita ponit (*v*): »*sicut* [10]

[25] disputandum — — Vergilii *om. edd.. Lectionem secutus sum codicum, quam et habet Tilius.* Virgilii *PR.* [26] ego *corr. ex* ergo *R.* [27] Virgilii *PR.* [28] enararrem *edd.* [29] noueras *R.* [30] atquin ego *scripsi cum Migne (in annot.) et Bibl. uet. patr. Col. Agr. IV. p. 237. F.* atqui ego *P. Bibl. patr. max. Lugd. IV. p. 308. A.* at qui *iunxit man. 2. P.* [1] humana *P.* [2] *inter* dicere *et* aliquid *ras. P.* [3] nefas *PR.* ne fas *Migne.* [4] erubescas *P.* erubescebas *R. edd..* [5] parthice t *e ras. P.* [6] uinginti *P.* [7] attheniensem *P.* [8] dicit *PR.* dixit *edd.* [9] actis *corr. ex* actus *R.* [10] sicut *PR. om. edd..*

(*r*) et quos fama recondit obscura] cf. ep. I. 1.

(*s*) atquin ego] dicere uidetur se metrum non seruasse.

(*t*) a paruulo didiceram] optime igitur nouerat Vergilium Pacianus, ut et aliis locis apparet.

(*u*) in centum uiginti ora] idem infra. „Arnobius Rhetor Commentario in Psalmum CIV septuaginta duas linguas per successiones filiorum Noe colligit" Barth. adu. p. 1983. Itemque pro CXX scripsisse Pacianum LXX conicit Cotelerius ad Recognit. II. 42.

(*v*) Act. 17. 28, 29.

quidam etiam secundum uos dixerunt: huius (*w*) namque genus sumus [11]. Cum igitur genus simus dei,« et rursus ad Titum [dixit] [12] (*x*): »dixit (*y*) quidam ex illis proprius eorum propheta: Cretenses (*z*) semper mendaces, malae bestiae, uentres pigri.« Et addit [13]: »testimonium hoc uerum est.« Sic [14] <si> peccamus, <peccamus> exemplo, nec rhetores [15] sumus, sed quamcumque uocem dei copiam [16] credimus. Latium, Aegyptus, Athenae [17], Thraces, Arabes, Hispani deum confitentur, omnes linguas spiritus sanctus intellegit. Tu ipse cur ais: Litteras tuas uiuaci (*a*) cedro perlin*i*am [18] (*b*) propter cariosos [19] hostes musarum? Quarum [20], oro, musarum? An quae inuenerint litteras et scripse-

---

[11] sumus *R.* simus *P.* [12] et rursus ad Titum dixit: dixit *PR. prius* dixit *deleui ego.* dixit *corr. ex* dixerit *R.* [13] addit *scripsi cum Migne.* addidit *PR. edd.* [14] si *suprascr. litt.* c *R.* si *et* peccamus *inserui ego.* [15] rethores *P.* [16] dei copiam *P.* copiam dei *R.* [17] atthenes *P.* [18] perliniam *ego.* per lineam *P.* perlinam. *R. edd.* [19] cariosos *alteri* a *suprascr.* o *R.* [20] quarum u *e ras. P.*

(*w*) huius namque genus sumus] „τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν, Paulus ex Arato Solensi mutuatus est" Tilius in margine.

(*x*) dixit] omisi utpote ortum e sequenti uocabulo. cf. ep. I. 5 i. f., ubi simili modo sanctae scripturae loci coniunguntur.

(*y*) Tit. 1. 12, 13. cf. Tert. de an. 20 (O. II. 588).

(*z*) Cretenses semper mendaces cet.] „id ex Epimenide: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θήρια, γαστέρες ἀργαί" Tilius in margine.

(*a*) uiuaci cedro perliniam cet.] cf. Vitruu. 2. 9. 13: „ex cedro oleum, quod cedreum dicitur, nascitur, quo reliquae res cum sint unctae, uti etiam libri a tineis et a carie non laeduntur." Seru. ad Verg. Aen. 7. 178 de cedro „quod lignum non facile consumitur uetustate." Inde „cedro digna" dicuntur ea, quae promerentur immortalitatem, quae posteritati consecrari debent. cf. Hor. A. P. 332: „carmina linenda cedro" = immortalitate digna. Pers. sat. 1. 42: „et cedro digna locutus," quo loco annotat scholiasta: „mos apud ueteres erat, ut chartae, in quibus nobilia carmina scribebantur, oleo cedrino inungerentur, quod et diu durabiles faceret et a tineis conseruaret. Alii dicunt (ita pergit bonus scholiasta) cedrum genus ligni esse, quod dignum bibliotheca habebatur." cf. et Ou. trist. 3. 1. 13: „liber flauus cedro." Dioscorid. 1. 106. Plin. h. n. 16. 40. 78 sq..

(*b*) perliniam] scripsi pro perlinam. cf. Sap. 13. 14. Neue II. 417 (ed. pr.). cf. illinire pro illinere apud Tert. pud. 20 (O. I. 840).

rint chartas [21], quas tineae (*c*) persequantur [22]? Dic, oro, frater, musae litteras repererunt [23]? Nonne per dominum omnia, et a deo omnia? Praeter illas centum et uiginti [24] linguas fuit adhuc alia musarum? Hesiodus istud in Helicone mentitus est, sed Atheniensium [25] studio, quibus, <ut> [26] ait apostolus (*d*), nihil uacabat nisi loqui. Nos teste apostolo (*e*) omnium uocum modos, omnium genera linguarum a deo inspirata retinemus. Ignosco tamen, frater, si quid et tu de tuo auctore praesumis (*f*), et Nouatiani philosophiam, per quam ille in naufragium [27] (*g*) religionis incurrit (*h*), cum Hesiodi auctoritate coniungis. Verumtamen apostoli meminisse debueras, qui ait (*i*): »uidete ne quis uos decipiat per philosophiam et inanem seductionem.«

V. Iam quale illud est quod catholicis [28] imputandum putas, si quando uos reges aut imperia [29] persecuta sunt? Ergo e contrario [30] uobis debuit imputari quotiens [1] regum et *imperiorum* [2] persecutiones catholici pertulerunt?

---

[21] cartas *P.* [22] persequantur *P. corr. ex* persequentur *R.* [23] reppererunt *P.* [24] uinginti *P.* [25] attheniensium *P.* [26] ut *om. PR. inserui cum edd.*. apostolus ait *PR. ordinem mutaui ego.* [27] naufragium nau *corr. ex* uan *P.* [28] catholicis *e ras. P.* [29] imperia *corr. ex* iam peria *R.* [30] contrario o *finalis e ras. P.* [1] quotiens *PR.* [2] imperiis regum et persecutiones *P.* regum impius et persecutiones *R.* regum impietatem et persecutiones *Tilius. Correxit v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 190.*

(*c*) tinea] cf. Cypr. de zelo et liu. 7 in. (Hart. I. 423).

(*d*) ut ait apostolus] Act. 17. 21. cf. Tert. de an. 3 (O. II. 560): „Athenis enim expertus linguatam ciuitatem cum omnes illic sapientiae atque facundiae caupones degustasset" cet..

(*e*) teste apostolo] 1 Cor. 14. 10, 18.

(*f*) praesumere] = sibi arrogare, audere. cf. Cypr. de laps. 18 (Hart. I. 250). id. sent. ep. 28 (Hart. I. 447). ep. 34 (Hart. II. 537). Eccli. 32. 13. cf. praesumptio apud nostrum ep. II. 6.

(*g*) naufragium religionis] cf. ad ep. I. 5.

(*h*) incurrere] cf. ad ep. I. 5 in..

(*i*) Coloss. 2. 8. cf. Tert. adu. Marc. V. 19 (O. II. 331) praescr. haer. 7 (O. II. 9). Cypr. ep. 55. 16 (Hart. II. 635). id. de bono pat. 1 (Hart. I. 397 sq.): „uidete ne qui uos depraedetur per philosophiam et inanem fallaciam."

Atqui [3] nostros pagani principes persecuti sunt [3*], uos christianorum odia pertulistis. Sed (*k*) nostri magis questi sunt [4]. Viderit qui hoc fecit [5], qua mente, quo spiritu, pacemne an discordiam [6] procurarit [7]. »Verum (*l*) et si [8] quidam eorum deliquerunt,« inquit, »numquid fidem [9] dei destruunt [10]?« Nec tamen tu querelam [11] (*m*) putes fuisse nostrorum. Sed [12] cum per nostram fidem christiani principes esse coepissent, ipsi principes catholicae, hoc est [13] suae, parti [14] fauentes proprio dolore commoti sunt. Nisi forte Danieli [15] (*n*) imputabitur quod a Dario uindicatus est, aut Hesteri [16] (*o*) sanctissimae feminae, cum pro ea dux regis occiditur, aut tribus pueris (*p*), cum [17] propter eos post experimenta flammarum profanis et incredulis rex Babylonius comminatur. Nonne Simonem [18] Petrus (*q*) iudice astipulante confundit? Non [19] (*q**)

[3] atqui *ego*. atque in nostros *PR. Tilius*. in *om. edd*.. [3*] persecutionem exercuerunt *Tilius*. *In toto loco restituendo paucis exceptis secutus sum v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 190.* [4] queri debuerunt *Tilius*. [5] qui hoc fecit *edd*.. quis hoc fecerit *PR*. [6] discordia *Migne*. [7] procurarit *corr. man. 2. ex* procuraret. *media* r *e ras. P.* [8] si s *e ras. P.* [9] fidem id *e ras. P.* [10] distruunt *R.* [11] nec tamen tu <persecutionis uestrae causam> querelam putes f. n. *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 190.* [12] *Nota: ualde (lege nota ualde: = nota bene) de zelo fidei quem habere debent principes christiani. in margine R.* [13] est *corr. ex* es *R.* [14] parti i *e ras. P.* [15] daniheli *P.* danihelo *R. Tilius*. [16] hester *P.* [17] cum *PR.* quod *edd*.. [18] symonem *P.* [19] non *PR. Migne.* num *edd*..

(*k*) sed] = at. cf. ad ep. I. 6 in..

(*l*) Rom. 3. 3. cf. Cypr. de cath. eccl. un. 22 (Hart. I. 230). id. sent. ep. 47 (Hart. 1. 452). ep. 59. 7 (Hart. II. 675). ep. 66. 8 (Hart. II. 732). ep. 67. 8 (Hart. II. 742).

(*m*) Cum querelis Symproniani conferri possunt ea, quae scribit Cypr. ad Demetr. cap. 3 sqq. (Hart. I. 352 sqq.).

(*n*) Daniel 6. 5 sqq..

(*o*) Esth. 7. 9 sqq..

(*p*) Daniel 3. 12 sqq. 91 sqq..

(*q*) Simonem Petrus] cf. Act. 8. 9, 24. (Tert.) adu. omn. haer. 1 (O. II. 753): „Simon magus qui in actis apostolorum condignam meruit ab apostolo Petro iustamque sententiam." Euseb. h.e. 2. 15. 3 sqq.. Tert. praescr. haer. 33 i. f. (O. II. 32). (Cypr.) de rebapt. 16 (Hart. III. 89). Hase p. 66. Nusquam tamen de iudice sermo est, de qua re uideatur v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 190 sq..

(*q**) non] de particula interrogatiua omissa cf. ad ep. I. 5. et adde locos ep. III. 25. paraen. 5.

Elimam [20] (*r*) fauente Sergio Paulus excaecat? Vindicatus (*s*) esset [21] et Hierosolymis [22], si quid fidei ligatus habuisset. Nescis seruire ipsas innocentibus potestates et in bonum sanctis (*t*) partibus [24] ministrare? Sicut apostolus dicit (*u*): »principes non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac et habebis laudem ex ea per dominum; minister enim est tibi in bonum.« Et tamen ego de nullo questus sum, de nemine uindicatus. Nec impedire (*v*) mihi [25] Nouatianos puto, quorum paruitate, si uellem, atque defectu [26] poteram gloriari. Ecce plebem tuam imperatori nullus accusat et solus es [27]. »Oportet (*w*) nos tamen omnes stare ante tribunal dei [28].« Quod unum scio, quererentur [29] Nouatiani, si causa [30] eorum esset ullis grata principibus.

VI. Vtilius esse [1] ais uincere (*x*) quam placere. At qui uincendi ardore ducuntur, contentione proficiunt [2]. Apostolus uero ait (*y*): »si quis autem uidetur contentiosus [3] esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia dei.« Contra

---

[20] hetymam *P.* hetym † mam *(† litt. erasa) R.* Helymā *Tilius.* Elymam *Bibl. max. uet. patr. Lugd. p. 308. D.* [21] esset (e͞et) *ras. corr. ex* esse (e͞e) *P.* [22] ierusolimis *P.* [24] partibus *PR.* patribus *edd..* [25] michi *P.* [26] de fectu *iunxit man. 2. P.* [27] es *e ras. P.* [28] tribunal dei, nal dei *e ras. P.* [29] quererentur nt *e ras. P.* [30] cuasa *P.* [1] esse *PR.* esset *edd..* [2] proficiunt *edd..* proficiant *PR.* [3] contentiosus os *e ras. P.*

(*r*) Elimam .... excaecat] cf. Act. 13. 7, 11. Tert. pud. 21 (O. I. 842).

(*s*) uindicatus ..... habuisset] „locus obscurior" in margine Tilius. cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 191. Videtur satis ueri simile haec uerba esse referenda ad ea, quae narrantur Act. c. 21. 26—c. 24.

(*t*) sanctis partibus] si patribus est genuinum, glossema esse uidetur.

(*u*) Rom 13. 3, 4. cf. Tert. scorp. 14 in. (O. 1. 532). Cypr. test. III. 38 (Hart. I. 149).

(*v*) impedire] „pro impedimento esse" in margine Tilius. „impedire alicui est Latinitatis aeui aut loci" Barth. adu. p. 1984. cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 413.

(*w*) Rom. 14. 10. 2 Cor. 5. 10. cf. Tert. adu. Marc. V. 10 (O. II. 311). de resurr. carn. 43 (O. II. 522). Cypr. test. III. 28 (Hart. I. 96). III. 56 (Hart. I. 157).

(*x*) uincere quam placere] cf. ep. III. 11: „quae in uobis uincendi cupido est, ut tale aliquid audeatis?"

(*y*) 1 Cor. 11. 16.

de studio placendi: »omnibus« inquit (*z*) »per omnia placeo, non quaerens quod [4] mihi utile sit, sed quod multis, ut saluentur.« Vos autem, dum uestra non fratrum commoda cogitatis, uincendo mauultis elidere (*z**) quam placendo recreare. Malum bono uicisse rationis <sanae> [4*] est, ceterum [5] (*a*) in quacumque causa uelle [6] superare praesumptionis insanae est, non de [7] apostolico iure, sed de Graeco (*b*), apud quos scriptum putatur, omnem morem [8] (*c*) Lacedaemoniorum [9] inflammatum esse cupiditate uincendi. Sus (*d*) quoque ille lutulentus et insana tigris, quid (*e*) aliud uelint nisi uincere

[4] quod q *e ras. P.* [4*] sanae *inserui ego.* [5] ceterum in quacunque causa uelle superare praesumptionis insanae est *in calce paginae add. man. 2. P.* [6] uelle *corr. ex* uellere *R.* [7] de *add. man. 2. P.* [8] murem *Barth. adu. p. 1984.* [9] lacedemonum *P.*

(*z*) 1 Cor. 10. 33.

(*z**) elidere] cf. c. 7 i. f..

(*a*) ceterum] notissimo usu = sed, at, immo. Exempla e Tertulliano praebebit Oehl. ad fug. in pers. 2 (O. I. 466), quibus adde de cor. 4 (O. I. 424). 13 (O. I. 453). apol. 40 (O. I. 269). Cypr. de hab. uirg. 7 (Hart. I. 197). de dom. or. 24 (Hart. I. 285). ad Demetr. 22 (Hart. I. 366). Pac. paraen. 10: „bene quod mediocres sumus; ceterum et illa faceremus" cet.. ep. III. 4 ib. i. f. ep. III. 17. cf. Blokhuis p. 35 sq.. Dräger, üb. Synt. u. Stil des Tac. (1882) p. 9.

(*b*) de Graeco, apud quos] cf. Cypr. ep. 75. 16 (Hart. II. 821): „aduersarii nostri, qui successimus."

(*c*) morem Lacedaemoniorum] animi causa commemoro Barthii coniecturam et uerba, quibus illam defendit: „prouerbium" inquit „autem ipsum mendo non caret, nam scribendum existimo: omnem murem. adeo contentiosum id genus esse, ut etiam musculi ipsi uincendi desiderio pertendant. Prouerbii ipsius exemplum nullum subit, notandum tamen est de Spartanorum φιλονικια." Barth. adu. p. 1984.

(*d*) sus lutulentus] cf. Hor. epist. 2. 2. 75. 1. 2. 26. Cic. in Sall. 3: „itaque nihil aliud studet nisi ut lutulentus sus cum quouis uolutari."

ille sus] cf. v. d. Vliet ad Verg. Aen. 10. 707.

insana tigris] cf. Hor. od. 1. 16. 15: „insanus leo." „insanae aquae" Ou. heroid. 1. 6.

(*e*) quid aliud uelint nisi uincere quam placere] ellipsis comparatiui magis s. potius crebro reperitur. cf. Tert. apol. 1 (O. I. 113). 21 in. (O. I. 195). ad nat. I. 4 (O. I. 312): „et tamen mirari quam assequi norunt." cf. Oehl. ad Tert. de test. an. 1 (O. I. 401). Cypr. ep. 36. 1 (Hart. II. 573): „mirati sumus .... ut in tam ingenti crimine .... pacem sibi non appeterent quam uindicarent." (Cypr.) de mont. Sina et Sion 9 (Hart. III. 115): „Christus autem in montem sanctum ascendit lignum regni sui, ut moreretur a Iudaeis quam quod ipse aliquem hominem mortiferaret." (Cypr.) de singul. cleric. 2 (Hart. II. 175): „in hac parte expedit bene timere quam male fidere." cf. Fronto p. 75. 15 Nab. Blokhuis p. 123 sq..

quam placere? Vacare [10] (*f*) tibi scribis et ideo te contentiosa delectant. Mihi [11] uero catholicis negotiis occupato post triginta ferme dies litterae tuae traditae sunt, post alios quadraginta [12] repetitae.

VII. Irasci me ais; absit (*g*); stimulari [13] ut apem *concedo* [14] quae interdum aculeo mella defendit. Verum recole [15] (*h*) utrimque litteras, iam uidebis spiculisne [16] an floribus paginam (*i*) conseramus. De similibus quidem apostolus: »quos oportet indentari.« (*k*) Sed attende [17]: nos tecum quasi columbae ore potius quam dente confligimus. Vtinam*que* [18] uerum esset quod doceri uelle te dicis! Iam ipsa [19] tibi manibus meis [20] sancti spiritus unguenta suggererem [21]. Amas

[10] uacare c *e ras. P.* [11] michi *P.* [12] quadraginta *man. 2. corr. e* quadraginte *P.* [13] stimulari *corr. ex* stimulare *R.* [14] concedo *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 191.* credo *PR.* o *e ras. P.* [15] recole *ante* r *erasa est* e *P.* [16] spiculisne *corr. ex* speculisne *man. 2. P.* [17] sed attende *in margine add. man. 2. P.* [18] utinamque *PR.* utinam *edd..* [19] ipsa *PR. edd..* ipse *Migne.* [20] meis *e ras. P.* [21] suggererem re *add. man. 2. P.*

(*f*) uacare) cf. ep. III. 27: „cum uacuum erit." Tert. de pall. 1 (O. I. 914): „cum ita uacat et iuuat."

(*g*) absit] locutio ecclesiasticis usitatissima. cf. paraen. 6 i. f. Rom. 3. 31. 1 Cor. 6. 15. Rom. 3. 3, 6. Tert. pud. 6 (O. I. 801). resurr. carn. 9 (O. II. 479). paen. 7 (O. I. 657). de pall. 2 (O. I. 922). adu. Marc. V. 13 (O. II. 315). Cypr. ep. 30. 3 (Hart. II. 551). ep. 33. 1 (Hart. II. 566). Interdum reperitur repetitum: „absit absit." cf. Tert. pud. 1 (O. I. 792): „absit, absit a sponsa Christi tale praeconium." (Cypr.) de singul. cleric. 13 (Hart. III. 188): „absit absit ut ubique feminae praescribantur."

(*h*) recolere] = in memoriam sibi reuocare. cf. Ou. her. 5. 113. Vopisc. Tac. 6. 4. Augustin. doctr. chr. 2. 17.

(*i*) paginam] singularis ut c. 8: „sed quia .... paginam refersisti."
spiculisne] expectaueris spinulisne.

(*k*) quos oportet indentari] Tit. 1. 11. Nota uerborum lusum expressum in uocabulis indentari et dente.
indentari] „noue pro: in quos oportet dentes infringi" Tilius in margine. Significat igitur dente infringere et metaphorice redarguere, uerbis grauioribus appellare. cf. Luc. Calar. pro S. Athanasio II. 40 (Migne III. 924. B.): „conspicis interea mandasse apostolum, ut uos ueritati resistentes indentemini episcopi interuentu", h. e. ut infringamini et conteramini sana doctrina et auctoritate talis episcopi. Loco Gloss. Gr. Lat. apud Forcellinum (ed. 1868) s. u. indentare: „Σκάφετος, fossura, occatio, indentatio", assentior editoribus bidentatio legentibus.

me (*l*). Non laesi, scio; sed tunc demum amares, si non diuersa sentires [22] (*m*) atque operi meo blandus accederes (*n*). Cypriani epistulas mihi placere miraris [23]. Quidni [24] beati martyris (*o*) et catholici sacerdotis? Nouatianum mihi ingeris (*p*). Philosophum (*q*) saeculi (*r*) fuisse audio: non [25] satis (*r**) miror ab ecclesia dei uiui degenerasse! Cognosco radicem legis antiquae (*s*), fontem (*t*) ueteris populi reliquisse, Cornelio inuidentem, Nouati insaniae commodatum (*u*) sine consecratione legitima episcopum factum, adeoque [26] (*v*)

[22] si diuersa non sentires *P.* [23] miraris is *e ras. P.* [24] quid ni *P.* [25] non *PR.* nec *edd.*. [26] ideoque *PR. corr. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 191.*

(*l*) amas me] = at dicis te me amare.

(*m*) si non diuersa sentires] cf. ep. I. in: „tu potissimum quae uel quam diuersa sequereris indicare debueras."

(*n*) operi meo blandus accederes] cf. paraen. 2: „blandam huius mei operis ac sollicitam diligentiam."

(*o*) beati martyris] cf. ep. I. 3. ep. III. 22.

(*p*) ingerere] cf. ad ep. I. 5 et Tert. de ieiun. 16 (O. I. 877). Est nostrum opdringen.

(*q*) philosophum] quantopere odio essent ecclesiae philosophi, uideas ex Tert. apol. 46 (O. I. 281). ad nat. I. 4 (O. I. 311) apol. 47 (O. I. 287). ad nat. II. 2 (O. I. 352). apol. 14 (O. I. 169). ad nat. I. 10 (O. I. 329). adu. Hermog. 8 (O. II. 347). de an. 3 (O. II. 560). apol. 22 (O. I. 206). praescr. haer. 7 (O. II. 8). Cypr. de bono pat. 1 (Hart. I. 397) 22 (ib. 398). Pac. infra Cypr. ep. 55. 16 (Hart. II. 635): „inter christianos autem et philosophos plurimum distat", cet.. Hieron. adu. Pammachium: „plus debet Christi discipulus praestare quam mundi philosophus, gloriae animal et popularis aurae atque rumorum uenale mancipium." id. Consolat. ad Iulianum: „philosophus, gloriae animal et popularis aurae uile mancipium."

(*r*) philosophus saeculi] cf. Tert. praescr. haer. 7 (O. II. 8): „philosophia saecularis."

(*r**) satis] = ualde.

(*s*) radix legis antiquae] cf. Cypr. ep. 45. 1 (Hart. II. 600): „sed quoniam diuersae partis obstinata et inflexibilis pertinacia non tantum radicis et matris sinum atque complexum recusauit" cet.. ep. 73. 2 (Hart. II. 779): „nos autem qui ecclesiae unius caput et radicem tenemus" cet..

(*t*) fontem] cf. ad ep. I. 1.

(*u*) commodatum] = indulgentem, morem gerentem.

(*v*) adeoque] scribens mihi persuasit v. d. Vliet. cf. tamen K. Sittl, lok. Versch. der Lat. Sprache p. 137: „adeo = ideo kommt im Spätlatein überhaupt vor." Blokhuis p. 107. Sed adeoque = uel adeo.

Ad rem cf. Pac. ep. III. 5: „Nouatianus ne falso quidem adhuc episcopatu sacerdos." Cypr. ep. 55. 24 (Hart. II. 643). ep. 69. 3 (Hart. II. 752).

nec (*w*) factum, per epistulam eorum, qui se confessores esse simularent, qui matris unius (*x*) membra diuellerent. Haec ego [27] tibi, frater, confessione [28] uestrorum litteris approbabo [29]. Ita tuus iste philosophus »sapientiam suam quaerens statuere«, sicut apostolus ait (*y*), »sapientiae dei non est subiectus«, quoniam per sapientiam suam (*z*) mundus non recognouit sapientiam [30] dei [1]. Nam quod ante passum Nouatianum putas et Cyprianum [2] dixisse subiungis »praecessit me aduersarius meus«, uide quam manifesta respondeam [3]: Nouatianus martyrium numquam tulit, nec ex uerbis beatissimi Cypriani auditum istud aut lectum est. Habes eius epistulas (*a*) quibus Cornelium urbis episcopum, cui tunc Nouatianus inuiderat, inimicis principibus (*b*) resistentem, saepe confessum [4], saepe uexatum refert plurimis confessoribus, plurimis quoque martyribus ducem factum, et cum plurimis gloriosissime (*c*) coronatum (*d*) uiuente tunc Nouatiano etiamque securo. Nam et ideo ab ecclesia Christi re-

[27] ego *corr. esse uid. ex* ergo *P.* [28] confessione ss *e ras. P.* [29] approbabo *corr. ex* approbobo *P.* [30] insapientiam dei *exp.* in *R.* [1] dei *e ras. P.* [2] ciprianum *P.* [3] manifestare spondeam *R.* manifeste *P. edd.* manifesto *Tilius.* manifesta *scripsi ex lectione codicis R.* [4] sepe confessum *in margine add. man. 2. P.*

(*w*) nec] = non. cf. Cypr. cath. eccl. un. 14 i. f. (Hart. I. 223).

(*x*) matris unius] cf. ep. III. 21: „mater unicuba." Tert. de or. 2 (O. I. 556): „mater ecclesia." Saepe eo sensu usurpatur matrix. cf. ep. III. 3 in. Tert. praescr. haer. 21 (O. II. 19): „matrices ecclesiae." cf. Oehl. ad Tert. de pat. 5 (O. I. 597). Cypr. ep. 48. 3 (Hart. II. 607): „nos scimus hortatos esse ut ecclesiae catholicae matricem et radicem agnoscerent ac tenerent." ep. 71. 2 (Hart. II. 772): „si .... ad ueritatem et matricem redeant." id. de cath. eccl. un. 23 (Hart. II. 231): „quicquid a matrice discesserit seorsum uiuere et spirare non poterit."

(*y*) Rom. 10. 3. cf. Tert. adu. Marc. V. 14 (O. II. 316). (Cypr.) de singul. cleric. 16 (Hart. III. 191).

(*z*) quoniam per sapientiam suam cet.] cf. supra ad philosophum.

(*a*) epistulas eius] cf. epp. 55 et 60.

(*b*) inimicis principibus resistentem] cf. ep. III. 6 in.: „crebras persecutiones irati principis sustinebat."

(*c*) de Cornelii laudibus cf. Cypr. ep. 55. 8 (Hart. II. 629). Pac. ep. III. 6 in..

(*d*) coronatum] scil. esse = martyrium iniisse. cf. ad ep. I. 3.

cesserat, ne illum labor [5] confessionis urgeret [6]. Qui primum [7] stimulatus inuidia episcopatum Cornelii non ferebat, inde se Nouato paucorum epistulis derisus addixerat. Haec te omnia de Nouatiano Cypriani litterae perdocebunt. Porro etiam si passus est aliquid Nouatianus, non tamen et [8] occisus; etiam si occisus, non tamen <et> [9] coronatus (*e*). Quidni [10]? Extra ecclesiae pacem (*f*), extra concordiam, extra eam matrem (*g*), cuius portio (*h*) debet esse qui martyr est. Audi apostolum (*i*): »et [11] si habuero [12] omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem autem [13] non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperum [14] diuisero omnem substantiam meam et si tradidero corpus meum ad comburendum, caritatem autem [15] non habeam, nihil mihi prodest.« Cyprianus autem in concordia omnium, in pace communi, in confessorum grege passus est et saepe confessus iteratis [16] per-

---

[5] labor a *est erasa P.* [6] urgeret *corr. ex* urgueret *R.* [7] primus *P.* [8] et *PR.* etiam *edd..* [9] et *inserui ego.* [10] quid ni *P.* [11] et *ipse scriba add. uid. P.* [12] habeam *PR.* habuero *edd..* [13] autem *om. PR. edd., inseruit Migne.* [14] pauperum *manu multum posteriore uocabulo* diuisero *est suprascr. R.* [15] autem *aeque ac uoc.* pauperum *postea est additum R.* [16] iteratis i *initialis e ras. P.*

(*e*) etiam si occisus, non tamen et coronatus] cf. Cypr. de eccl. cath. un. 14 (Hart. I. 223): „occidi talis potest, coronari non potest", quo toto capite de eodem argumento agit Cyprianus.

(*f*) extra ecclesiae pacem .... martyr est] „notate Lutherani" Tilius in margine.

(*g*) mater] cf. supra.

(*h*) portio] = pars. cf. ep. III. 3 i. f. ib. 13. Tert. apol. 5 (O. I. 131): Domitianus portio de Neronis crudelitate." Eus. h.e. 3. 20: „Δομετιανὸς μέρος ὢν τῆς τοῦ Νέρωνος ὠμότητος." Cypr. ep. 43. 2 (Hart. II. 591). ep. 66. 8 (Hart. II. 732). ep. 67. 8 (Hart. II. 741). Cypr. de hab. uirg. 4 (Hart. I. 190): „uiri portio femina, sunt duo in carne una." Ad rem cf. Cypr. de cath. eccl. un. 14 (Hart. I. 222): „exhibere se non potest martyrem qui fraternam non tenuit caritatem", et paulo superius: „esse martyr non potest qui in ecclesia non est." ib. (ib. 223). ep. 73. 21 (Hart. II. 794). cf. portiuncula in Pac. ep. III. 4, 14.

(*i*) 1 Cor. 13. 2, 3. cf. Tert. adu. Prax. 1 (O. II. 654). Cypr. test. III. 3 (Hart. I. 115). de cath. eccl. un. 14 (Hart. I. 222). Lectionem secutus sum codicum Cypriani. De futuri forma habeam cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 290 sq..

secutionibus et multa laceratione uexatus et nouissime salutari calice propinatus est (*k*). Hoc fuit coronari. Quare sibi habeat Nouatianus epistulas suas, sibi tumorem, sibi superbiam, qua dum in altum leuatur, elisus est, dum nemini parcit, effusus. En qui salutis uiam fratribus inexorabili religione (*l*) praecludat! En qui se palam ferre [17] et aream domini purgare confidat (*m*)!

VIII. Miserere [18] <tui> [19], Sympronianе [20] frater, nec [21] (*n*)

[17] *alias:* paleam auferre *in margine Tilius.* [18] miserere ere *finale e ras. man. 2. P.* [19] tui *om. PR. inserui cum edd..* [20] Sympronianе *cf. praef. p. V. ann. 15.* [21] nec *R.* ne *P. edd..*

(*k*) salutari calice propinatus est] cf. Cypr. de bono pat. 7 (de Christo): „ut aceto potaretur qui salubri poculo propinauit." ep. 63. 7 (Hart. II. 705): „quia quomodo ad potandum uinum ueniri non potest nisi botruus calcetur ante et prematur, sic nec nos sanguinem Christi possemus bibere, nisi Christus calcatus prius fuisset et pressus et calicem prior biberet, quo credentibus propinaret." Tert. scorp. 12 (O. I. 529): „magna etiam Babylon cum describitur ebria sanctorum cruore, sine dubio ebrietas eius martyriorum poculis ministratur." propinare de poculo legitur apud Cypr. ep. 28. 1. i. f. (Hart. II. 545): „coronas uestras manu sertas inde huc tradidistis et de poculo salutari fratribus propinastis." cf. praeterea Cypr. de laps. 9 (Hart. I. 243): „hortamentis mutuis in exitium populus impulsus est, mors inuicem letali poculo propinata est."

(*l*) inexorabilis religio] cf. ad ep. I. 5: „inobsecrabilis asperitas."

(*m*) en qui se palam ferre et aream domini purgare confidat] similis locus est ep. III. 3 i. f. cf. Cypr. ep. 54. 3 (Hart. II. 623): „esse non potest maior domino suo seruus nec quisquam sibi quod soli filio pater tribuit uindicare, ut se putet aut ad aream uentilandam et purgandam palam iam ferre posse aut a frumento uniuersa zizania humano iudicio separare." De Nouatiano ipso loquens hoc modo Cypr. ep. 55. 25 (Hart. II. 643): „arrogantiae suae" ait „quanta iactatio, ut quis aut audeat aut facere posse se credat quod nec apostolis (= ne apostolis quidem) concessit dominus, ut zizania a frumento putet se posse discernere aut quasi ipsi palam ferre et aream purgare concessum sit, paleas conetur a tritico separare" cet.. Imago sumpta est ex Matth. 3. 12. Luc. 3. 17. Eadem imagine utitur Tert. fug. in pers. 1 (O. I. 462): „haec pala illa, quae et nunc dominicam aream purgat, ecclesiam scilicet, confusum aceruum fidelium euentilans et discernens frumentum martyrum et paleas negatorum." praescr. haer. 3 (O. II. 5): „et uentilabrum in manu portat ad purgandam aream suam; auolent quantum uolunt paleae leuis fidei quocunque afflatu temptationum, eo purior massa frumenti in horrea domini reponetur."

Pala = uentilabrum. cf. Isid. orig. 20. 14. 10: „pala quae uentilabrum uulgo dicitur a uentilandis paleis." Amos 9. 9: „pala frumenta in area uentilantur."

(*n*) nec] cf. ad ep. II. 4 in..

te Nouatianus sub hac fronte decipiat, ut [22] ideo iustior putetur, quia reliquos sui comparatione despexit. Saepe fiduciam mentitur (*o*) audacia [23] et desperatis quibusque peccatoribus falsa bonae conscientiae imago blanditur. Contra uero omnis humilitas (*p*) innocentia est, etiam illa debitrix, etiam illa peccatrix, etiam illa quae [24] animam suam [25] cum peccatore *ponit* [26] (*p**). »Dele me« inquit Moyses (*q*) »de libro quem scripsisti«, ne peccatores perirent. »Optaueram« inquit apostolus (*r*) »anathema esse ipse ego in Christo pro fratribus meis cognatis [27] secundum carnem.« Vtique (*s*) ambo pro peccatoribus deprecantur (*t*) et propter hoc deum nec Moyses nec Paulus offendit. Nouatianus his melior? Emendator

[22] ut *PR.* et *Migne.* [23] audatia *P.* [24] quae *R.* que *P.* [25] animam suam *R. edd.*. animae suae *P.* [26] ponit *pro* blanditur *ego.* [27] cognatis a *corr. esse uidetur ex* o *P.*

(*o*) saepe fiduciam mentitur audacia] cf. ep. I. 2. Cypr. de cath. eccl. un. 14 (Hart. I. 223): „Christum diabolus saepe mentitur." mentiri aliquem uel aliquid = simulare, fingere. Cypr. ep. 73. 6 (Hart. II. 783): (aqua), quae baptismi imaginem mentitur." id de zelo et liu. 12 (Hart. I. 427): „quid sub uestitu ouium lupus latitat, quid gregem Christi qui christianum se mentitur infamat?" Tert. de cultu fem. II. 12 (O. I. 732): „habitus qualitate quaestuariam mentiente" (de Thamare). Apul. Met. 7. 27. Pac. ep. III. 19: „arcanum iustitiae simulans." Sensu contrario usurpatur negare. cf. Oehl. ad. Tert. de uirg. uel. 15 (O. II. 907). cf. ad Pac. ep. III. 21.

(*p*) humilitas] = deemoed. cf. Cypr. ep. 3. 1 (Hart. II. 469) et saepius. Tert. de cultu fem. 3 (O. I. 718): „porro exaltatio non congruit professoribus humilitatis ex praescriptis dei."

(*p**) blanditur] ex fine prioris sententiae est repetitum. Memor esse uidetur Pacianus Esaiae 53. 12.

(*q*) Exod. 32. 32. cf. Cypr. test. I. 1 (Hart. I. 39). de laps. 19 (Hart. I. 251). ad Fort. 4 (Hart. II. 325).

(*r*) Rom. 9. 3. ep. III. 1 et 20. cf. Cypr. test. III. 107 (Hart. I. 180). II. 6 (Hart. II. 70).

(*s*) utique] = ἤτοι, scilicet. cf. Pac. ep. III. 4 in. c. 5. c. 9 i. f. Tert. apol. 8 (O. I. 142). 9 (ib. 144) et saepius. Cypr. ep. 8. 1 (Hart. II. 485). ep. 55. 22 (Hart. II. 639). cf. Blokhuis p. 116 sqq..

(*t*) deprecari] = ualde precari. cf. ep. III. 16 et 24. paraen. 4 i. f. c. 12: „obtestor et deprecor." 10 i. f. Cypr. ep. 56. 2 (Hart. II. 649). ep. 57. 1 (Hart. II. 651) et passim. Tert. adu. Marc. IV. 10 (O. II. 178) et passim. Cic. ep. fam. 4. 7. i. f. 8. 1. 1. 12. 24. 2. Augustin. doctr. chr. prol. § 3: „lumen oculorum diuinitus sibi seruari deprecatur." Heraeus ad Tac. hist. 1. 41. Rönsch. It. u. Vulg. p. 358.

prophetarum? Doctor apostolorum? Iam cum Christo uidetur ut idem Moyses (*u*)? Iam ut Paulus in tertium caelum sublimis euehitur (*v*)? Iam neglectis omnibus solus auditur?

Haec ad litteras tuas respondisse (*w*) suffecerit [28]. Sed quia de paenitentia non agenda uel ante baptismum agenda latius disputasti multisque capitulis exemplorum tractatus ipsius paginam refersisti, respondebo ad singula ex abundanti (*x*); quae fides uerior habeat, non tacebo. Tu, ut auditui (*y*) nostro largiter imperare dignatus es, benignam rursus uicem praebeto tractatui. Praestabit fortasse dominus ut, qui [29] nos tibi patienter obtulimus, fructum aliquem de tua etiam patientia reportemus. Dominus (*z*) te in aeternum custodire et protegere dignetur et christianum atque catholicum uiuere faciat et concordare nobiscum.

---

[28] suffecerit *corr. ex* suffecerat *R.* [29] qui *R. edd.*. quia *P.* *In fine epistulae* amen *habent edd.* explicit ad Simpronianum de uerbo catholico. Item incipit ad eundem contra tractatus nouatianorum *litteris minio depictis P.* finit ad simpronianum de uerbo catholico. Item incipit ad eundem contra tractatus Nouatianorum *R.*

(*u*) ut idem Moyses] cf. Matth. 17. 3.

(*v*) Paulus in tertium caelum sublimis euehitur] cf. 2 Cor. 12. 2. Cypr. ad Fort. 13 in. (Hart. I. 346).

(*w*) respondere ad] cf. Cypr. ep. 75. 7 (Hart. II. 814) et infra.

(*x*) ex abundanti] = ἐκ περιουσίας. Apud ecclesiasticos sexcenties reperitur, etiam apud ueteres. cf. Sen. de ben. I. 11. Quint. 4. 5. 15. 5. 6. 2. Apud Tertullianum passim. cf Tert. adu. Marc. III. 7 (O. II. 130 in.). carn. Chr. 2. i. f. (O. II. 428). adu. Iud. 14 (O. II. 739) scribit ex abundantia, et pud. 20 (O. I. 839): ex redundantia. cf. ex Cypriano ep. 59. 20 (Hart. II. 690). ep. 75. 7 (Hart. II. 814). De similibus locutionibus, uelut apud nostrum ex intrego ep. III. 9, ex aequo, ex pari (= ἐξ ἴσου, ἐξ ἴσης), ex diuerso cf. Oehl. ad Tert. Scapul. 2 (O. I. 540). ex superfluo usurpat Hieron. adu. errores Ioh. Hierosolymitani. ex diuerso Cypr. ep. 45. 2 (Hart. II. 600). 3 (ib. 602). cf. Blokhuis p. 51.

(*y*) auditus] cf. Cypr. de cath. eccl. un. 3 (Hart. I. 211).

(*z*) dominus te in aeternum cet.] iisdem uerbis finem imponit Pac. epistulae III.

EPISTVLA III.

Pacianus [1] episcopus Symproniano fratri salutem.

I. Tractatus [2] omnis Nouatianorum, quem ad me confertis undique propositionibus (*a*) destinasti (*b*), Symproniane frater [3], hoc continet: quod post baptismum paenitere non liceat, quod mortale peccatum ecclesia donare (*c*) non possit, immo quod ipsa pereat recipiendo peccantes (*d*). Praeclarus honos [4], singularis auctoritas, magna constantia: reicere nocentes, attactus peccantium fugere, innocentiae suae male confidere! Quis hoc uindicat, frater? Moyses, an Paulus, an Christus? At Moyses (*e*) deleri e libro pro blasphematoribus optat et Paulus (*f*) »anathema [5] esse pro fratribus« [6] et ipse dominus pro iniustis pati mauult. Nullus horum, inquies. Quis ergo?

---

[1] Patianus P *initialis colore uiridi est depicta P. Codex P igitur referendus esse uidetur ad saeculum XI, XII uel XIII. cf. ad initium paraenesis et praef. p. VIII.* [2] *rasura post* tractatus *P.* [3] *post* frater *rasuram habet P.* [4] honor *P.* [5] anathema, ema *pro litteris erasis P.* [6] fratribus *alteram* r *add. man. 2. P.*

(*a*) propositio] et proponere saepissime habet noster. cf. c. 2. c. 4 i. f.. c. 10. c. 11. c. 16 in.. c. 17 c. 22. c. 27 i. f..

(*b*) destinare] = dare ad, mittere. cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 385.

(*c*) donare] = condonare. cf. ad ep. I. 7.

(*d*) pereat recipiendo peccantes] cf. infra: „fuere, inquies, sed negatores recipiendo perierunt."

(*e*) at Moyses] Exod. 32. 32. cf. ep. II. 8 in..

(*f*) Rom. 9. 3. cf. ep. II. ib..

Nouatianus hoc praecepit [7]. Immaculatus aliquis et purus, qui Nouatum non audierit, qui numquam ecclesiam deseruerit, qui ab episcopis episcopus factus sit, qui iure ordinario consecratus, qui uacantem [8] cathedram in ecclesia consecutus? Quid ad te? inquies, Nouatianus hoc docuit. At uel quando, frater, quibusue temporibus? Statim post domini passionem? Post Decii [9] principatum, id est post trecentos [10] prope annos dominicae passionis. Quid ergo tunc? Prophetas secutus est ut [11] Cataphryges [12], an Philumenen [13] (*g*) aliquam [14] ut Apelles [15], an ipse tantum auctoritatis accepit? Linguis locutus est? Prophetauit? Suscitare mortuos potuit? Horum enim aliquid habere debuerat, ut euangelium noui iuris induceret [16] (*h*), etsi contra clamet apostolus (*i*) »licet nos aut angelus de caelo euangelizauerit praeterquam quod euangelizauimus uobis, anathema [17] sit«. Nouatianus sic intellexit [18], inquies, sed Christus hoc docuit. Ergo [a] [19] Christi (*k*) usque

---

[7] praecepit i *add. man. 2. P.* [8] uacacantem *eraso priore* ca *P.* [9] Decii *corr. ex* Deccii *R.* [10] CCC *pro* trecentos *P.* [11] ut *corr. ex* ait *P.* [12] cathafriges *P.* [13] filomenen *P.* „Philomenen *lege* Philumenen" *in margine Tilius. Lege* Philomenon *Bibl. patr. max. Lugd. IV. p. 209. D. Bibl. uet. patr. Col. Agripp. IV. p. 238. H.* [14] aliquem *pro* aliquam *P.* [15] appelles *P. Tilius.* [16] *post* induceret *aliquid erasum in margine habet P.* [17] anathema *inter* h *et* e *aliquid est erasum P.* [18] intellexerit *P.* [19] a *deleuit v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 192.*

(*g*) Philumenen aliquam ut Apelles] cf. Tert. adu. Marc. III. 11 (O. II. 135). carn. Chr. 6 (O. II. 436). 24 (ib. 463). praescr. haer. 6 i. f. (O. II. 8.) 30 (ib. 28). Euseb. h.e. 5. 13. 2. Augustin. de haeres. 42. Hieron. ep. adu. Ctesiph. p. 477. tom. 4. ed. Bened.. Walch I. 527 sqq.. Hase p. 83.

(*h*) inducere] = introducere, docere. cf. Tert. adu. Val. 11 (O. II. 396).

(*i*) Gal. 1. 8. cf. Tert. adu. Marc. 2 (O. II. 278). praescr. haer. 6 (O. II. 8). 29 (ib. 26). carn. Chr. 6 (O. II. 436). 24 (ib. 463). (Cypr.) de singul. cleric. 28 (Hart. III. 204).

(*k*) a Christi] „subaudi aduentu" Tilius in margine. Errat interpres, ut ostendit v. d. Vliet l.l..

Decii [20] principatum nullus intellegens? Post Decium denique omnis episcopatus [21] impatiens (*l*), omnes alii dissoluti qui se miscere [22] perditis mallent, qui perire cum miseris, qui alieno uulnere uulnerari? [23] Nouatiano uindice iustitia [24] liberatur, Nouatiano [25] auctore corrigitur quidquid [26] errauit.

II. Age, inquies, certemus exemplis et ratione pugnemus [27]. At ego hucusque securus, ipsa ecclesiae serie [28] (*m*), congregationis [29] antiquae pace contentus nulla discordiae studia didici, nulla certaminum argumenta quaesiui. Tu postquam a reliquo corpore segregatus es et a matre (*n*) diuisus, ut rationem facti tui redderes (*o*), totos (*o**) librorum recessus assiduus scrutator inquiris, occulta quaeque sollicitas, quidquid exinde securum est inquietas. Nostri nihil ultro disputauere [30] maiores, nuda est apud nos ipsa securitas; *quic*quid [1] attuleris de tua parte, munitum est [2]? Ego nescio quid Nouatianus egerit, quid Nouatus admiserit, quid Euaristus (*p*) tumuerit [3] (*q*), quid Nicostratus (*r*) nuntiauerit [4]; arma

[20] usque ad *pro* usque *P.* usque adecii, *supra litt.* a *scripta* d *R.* [21] episcopatus *PR. Tilius.* episcopus *edd.*. [22] miscore *pro* miscere *R.* [23] uulnerari *edd.*. uulnerati *PR.* [24] iusticia *corr. ex* iusticiae *P.* [25] nouatiano *PR. Tilius. om. edd.*. [26] quicquid *PR.* [27] pugnemus *corr. e* pungemus *R.* [28] serie *PR. edd.* ferie (?) *Migne.* [29] congregationis e *corr. ex* ae *P.* [30] disputauerunt *P.* [1] quicquid *PR. Tilius.* quid *edd.*. [2] munitum est *PR. Tilius.* est *om. edd.*. [3] tumuerit *edd.* timuerit *PR.* [4] nuntiarit *PR.*

(*l*) impatiens] cf. c. 5 i. f.: „ubi tunc impatiens rigor?"
(*m*) series] = traditio perpetua.
(*n*) mater] cf. ad ep. II. 7.
(*o*) rationem reddere] ut c. 6 i. f.: „contra hunc mihi reddenda ratio est." Rom. 14. 42. Cypr. ep. 55. 21 (Hart. II. 639). ep. 57. 5 (ib. 655).
(*o**) totos] = omnes.
(*p*) Euaristus] cf. c. 3 s. f.. Cypr. ep. 50. 1 (Hart. II. 613). ep. 52. 1 (Hart. II. 616).
(*q*) tumere] = superbum esse, ut tumor = superbia. cf. Tert. de pall. 4 (O. I. 939): „tumens animi." Cypr. ep. 52. 2 (Hart. II. 617): „arrogantia et stupore superbi tumoris inflatus." ep. 54. 3 (Hart. II. 623) et saepius.
(*r*) Nicostratus] cf. c. 3 s. f. Cypr. ep. 50 (ib.). ep. 52 (ib. 617). ep. 32. 1 (Hart. II. 565).

uestra dum despicio non noui; uide (*s*) si cum inermi [5] ueritate confligis. Expectemus tamen quid obicias, quid loquaris. Poteritne [6] uel (*s**) nuda ueritas innocentiaue imperita subsistere? Proponis (*t*), et recte quidem, ecclesiam esse populum ex aqua et spiritu sancto renatum [7] (*u*) sine negatione nominis Christi, templum et domum dei, »columnam (*v*) et stabilimentum ueritatis«, uirginem sanctam castissimis sensibus [8], sponsam Christi »ex (*w*) ossibus eius et carne«, »non (*x*) habentem maculam neque rugam«, integra euangeliorum iura seruantem. Quis hoc nostrum negat? Quin etiam addimus ecclesiam esse reginam »in ueste (*y*) aurata et uariegata« [9], »fecundam uitem (*z*) in lateribus [10] domus domini«, matrem »adolescentularum (*a*) quarum non est numerus«, »unam (*b*) speciosam columbam *electam* [11] matris [12] suae atque perfectam«; ipsam omnium matrem »aedificatam (*c*) in fundamentis prophetarum et apostolorum et ipso angulari

---

[5] inhermi *P.* [6] poteritne *PR. edd.* poteratne *Migne.* [7] renatum *PR. Tilius.* renouatum *edd.* [8] *inter* sensibus *et* sponsam *erasum aliquid habet P.* [9] uarietate *pro* uariegata *P.* [10] lateribus *corr. ex* laeribus *R.* [11] electam *PR. Tilius. om. edd.* [12] matris is *e ras. P.*

(*s*) uide si c. indic.] cf. ep. II. 3: „uide si uocari aliquis eo nomini potuit, quod sibi nescit impositum."
(*s**) uel-ue] cf. c. 1.
(*t*) proponere] cf. ad c. 1 in..
(*u*) renatum] scripsi cum codd., coll. c. 3 in.. c. 5. c. 11 i. f.. cf. bapt. 6: „ita totus homo renascitur et innouatur in Christo."
(*v*) 1 Tit. 3. 15.
(*w*) Eph. 5. 30.
(*x*) ib. 27. cf. Tert. pud. 18 (O. I. 833).
(*y*) Ps. 44. 10. cf. ad ep. I. 4.
(*z*) Ps. 127. 3. cf. c. 4.
(*a*) Cant. 6. 7.
(*b*) ib. 8. cf. ep. I. 4 i. f.. Cypr. de cath. eccl. un. 4 (Hart. I. 213). ep. 69. 2 (Hart. II. 751).
(*c*) Eph. 2. 20. cf. Tert. adu. Marc. IV. 39 (O. II. 263). V. 17 i. f. (O. II. 326).

lapide (*d*) Iesu Christo«, domum magnam uasorum omnium diuersitate locupletem [13] (*e*).

III. Sed haec nostra [14] posterius (*f*), interim tua illa uideamus. »Ecclesia est populus ex aqua et spiritu sancto renatus.« Age, quis *mihi* [15] fontem dei clausit [16]? Quis [17] spiritum rapuit? Quin immo apud nos aqua uiua (*g*) est, ipsa quae salit [18] a Christo; tu, a fonte perpetuo separatus (*h*), unde generaris? Spiritus quoque sanctus a principali matre (*i*) non abiit, ad te unde peruenit [19]? Nisi forte discordantem [20] secutus est, *et* [21] tot sacerdotibus derelictis non consecrata sede contentus, detritum [22] (*k*) lacum adulterini fontis adamauit. Vestrae plebi unde spiritum, quam non consignat (*l*)

[13] locupletem *PR. Tilius.* locupletatam *edd.*. locupletam *Bibl. uet. patr. Col. Agripp. IV. p. 239. B.* [14] nostra *R. corr. e* uestra *P.* [15] mihi *PR. edd. om. Migne.* [16] clusit *P.* [17] quis *corr. ex* qui *R.* [18] salit *corr. ex* saluit *R.* saliit *P.* [19] peruenit u *e ras. P.* [20] discordantem *corr. e* discordiantem *R.* [21] secutus est et *PR. Tilius.* et *om. edd.*. secutus est, <nisi> tot *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 192.* [22] detritum *PR.*

(*d*) lapis angularis] cf. Tert. adu. Marc. III. 7 (O. II. 130).

(*e*) domum magnam .... locupletem] idem c. 26: „haec igitur erit domus magna, locuples omnium diuersitate uasorum" cet.. Ad rem cf. ad. ep. II. 5 i. f. 2 Tim. 2. 20.

(*f*) posterius .... interim] ut ep. II. 2. ep. III. 8.
posterius] scil. c. 25.

(*g*) aqua uiua] cf. c. 21 med. Cypr. ep. 75. 15 (Hart. II. 820).

(*h*) a fonte perpetuo separatus] cf. ep. I. 1 in..

(*i*) principalis mater] cf. ad ep. I. 1 in..

(*k*) detritum lacum] „in detritum lacum haereo. num fuit deriuatum?" v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 192. Lectionem autem esse genuinam, docebit locus Ieremiae 2. 13, ad quem respicit Pacianus: „duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquae uiuae et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non ualent aquas", quem locum hoc modo affert Cypr. test. I. 3 (Hart. I. 41): „me dereliquerunt fontem aquae uiuae et effoderunt sibi lacus detritos, qui non poterunt aquam portare", itemque ep. 70. 1 (O. II. 767). Sunt igitur lacus detriti cisternae, receptacula aquarum rupta s. quae rimas duxerunt. Eosdem lacus contritos uocat Cypr. test. III. 59 (Hart. I. 161) et Tert. adu. Iud. 13 (O. II. 736). Vid. Rönsch, It. u. Vulg. p. 315 sq..

(*l*) consignare] cf. Tert. apol. 8 (O. I. 141). adu. Val. 1 (O. II. 382) et Oehl. ad l.: „signari et consignari dicuntur ii, qui post sumpta initia plena iam consecratione admittuntur" (cf. μεμυημένοι). Est igitur = initiare, nostrum bevestigen. cf. signaculum = baptisma. Blokhuis p. 164.

unctus sacerdos, unde aquam, quae a matrice [23] (*m*) discessit [24], unde innouationem (*n*), quae cunabula pronubae (*p*) pacis amisit?

»Ecclesia est populus sine negatione nominis Christi.« Nulline [25] apud nos confessores, *martyres* [26] *nulli*, *nulli immaculati atque integri sacerdotes*, *quos* [27] *carceres*, quos catenae, quos ignes, quos gladii probauerunt? Fuerunt [28], inquies, sed negatores recipiendo perierunt. Taceo; ne haec quidem *allego* [29] (*t*), quod libellum de negatoribus uel lapsis recipiendis Nouatianus uester, cum adhuc in ecclesia degeret, et scripsit et suasit et legit (*v*). Interim cui persuadere poteris quod lapsis receptis ecclesia tota conciderit [30], quod admissis paenitentibus admittentium populus negator effectus sit? Quodsi et remissior plebs aliqua fuit, etiam ceterae *plebes* [1], quae non factum eius probarint, sed consuetudinem et pacem secutae sint, christianum [2] nomen amiserunt [3]? Accipe Ieremiae uocem (*w*): »in diebus illis non dicent: Patres mandu-

[23] matrice i *corr. ex* e, e *e ras. P.* [24] discessit ces *e ras. P.* [25] *supra* ne *erasum aliquid habet P.* [26] martyres —— —— carceres *om. Migne.* [27] quos carceres *om. edd.. reuocaui lectionem codicum et Tilii.* [28] fuerunt *P.* fuere *R.* [29] allego *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 192.* colligo *PR. Tilius.* collegio *edd..* [30] conciderit *e ras. P.* [1] plebes *PR. om. edd..* [2] christianum *PR.* christianumne *edd..* [3] amiserint *PR.* amiserunt *edd..*

(*m*) matrix] cf. ad ep. II. 7.

(*n*) innouatio] cf. Tert. adu. Marc. IV. 1 (O. II. 161). Cypr. ep. 70. 2 (Hart. II. 769): „idcirco baptizandus est et innouandus qui ad ecclesiam rudis uenit." Pac. bapt. 6: „ita totus homo renascitur et innouatur in Christo."

(*p*) pronubae] Fest. p. 242 Müll.: „pronubae adhibentur nuptis quae semel nupserunt, ut matrimonii perpetuitatem auspicantes." Seru. ad Verg. Aen. 4. 166: „Varro pronubam dicit quae ante nupserit et quae uni tantum nupta est, ideoque auspices deliguntur ad nuptias." Vt hoc loco pax, sic bapt. 6 fides uocatur pronuba. cf. Tert. apol. 6 (O. I. 134): „digitus, quem sponsus oppignorasset pronubo anulo."

(*t*) ne haec quidem allego] = ne hoc quidem argumento utor.
allegare] = contendere, ostendere. cf. v. d. Vliet, Tert. p. 30. Tert. idolol. 9 (O. I. 77).

(*v*) et scripsit et suasit et legit] idem c. 5 s. f..

(*w*) Ierem. 31. 29, 30. cf. Tert. adu. Marc. II. 15 (O. II. 102). de monog. 7 (O. I. 771).

cauerunt uuam acerbam, et dentes filiorum stupuerunt, sed unusquisque in peccato suo [4] morietur.« Nec apud Ezechielem [5] tacet dominus (*x*): »quomodo anima patris, ita et anima filii, meae sunt. Vnusquisque in suo peccato morietur.« Item infra (*y*): »filius non accipiet facinus patris, neque pater accipiet facinus filii: iustitia iusti super [6] eum erit.« Ipse tu illud ponis (*z*) exemplum: »et si fuerint (*a*) tres hi in medio *eorum* [7], Noe, Iob et Daniel [8], non liberabunt filios neque filias [9], ipsi soli salui erunt.« Ecce salui sunt ipsi qui in medio peccantium constituti sunt, qui alios liberare non possunt. Tu totum orbem paucorum uinculis alligas, tu totam ecclesiam exiguae [10] portionis (*b*) infirmitate condemnas. Quid? Apud te sancti omnes, quos Nouatus erudiit [11], quos Euaristus elegit, quos Nicostratus docuit, quos Nouatianus instituit? Tu spinas (*c*) et tribulos refugisti, tu non habes in tua fruge zizania, tibi [12] iam grana purgata sunt (*d*), ad te sine uentilabro purgator ille uenturus est, tu solus ex omnibus paleas non habebis?

IV. Age [13], dic reliqua. »Ecclesia est corpus Christi.« Corpus utique (*e*), non membrum; corpus multis in unum

---

[4] in peccato suo *P.* in suo peccato *R.* [5] iezechielem *P.* Ezechielum *R.* [6] super u *e ras. P.* [7] eorum *PR. om. edd..* [8] danihel *P.* [9] non liberabunt filios neq; filios neq; filias, *exp.* neque filios *P.* [10] exigiue, e *finalis e ras. P.* [11] erudiit *PR.* erudit *edd..* [12] *inter* tibi *et* iam *aliquid erasum habet P.* [13] age, dic: reliqua ecclesia *Tilius.*

(*x*) Ezech. 18. 4. cf. (Cypr.) ad. Nouat. 16 (Hart. III. 67).
(*y*) ib. 20. cf. Cypr. ep. 55. 27 (Hart. II. 645).
(*z*) ponere exemplum] ut c. 8 in..
(*a*) et si fuerint cet.] Ezech. 14. 14, 16. cf. ep. III. 22 med. 24 in.. Cypr. de laps. 19 i. f. (Hart. I. 252). ad Fort. 4 (Hart. I. 325).
(*b*) portio] = pars. cf. ad ep. II. 7.
(*c*) spinas et tribulos] cf. Gen. 3. 18. Matth. 7. 16. Ambros. serm. 28. 4. Tert. adu. Marc. I. 24 (O. II. 76 i. f.). de an. 21 (O. II. 589 i. f.).
(*d*) grana purgata sunt cet.] cf. Matth. 3. 12 et ad ep. II. 7 i. f.: „en qui se palam ferre et aream domini purgare confidat!"
(*e*) utique] = scilicet. cf. ad ep. II. 8.

partibus membrisque collectum, sicut ait [14] apostolus (*f*) »nam et corpus non est unum membrum, sed multa.« Ergo [15] ecclesia plenum (*g*) est corpus et solidum [16] et toto iam orbe diffusum (*h*). Sicut ciuitas, inquam, cuius partes *omnes* [17] in unum, non, ut uos estis Nouatiani, quaedam insolens portiuncula (*i*) tuberque collectum et a [18] reliquo corpore separatum.

»Ecclesia est templum dei«, templum certe amplificum, »domus magna« (*k*), habens quidem »uasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, quaedam in honorem« [19], multa uero <minus> [20] magnifica in multiplices usus uariorum operum destinata.

»Ecclesia est uirgo sancta castissimis sensibus, sponsa Christi.« Virgo, uerum est, sed et mater. »Sponsa«, manifestum est, sed et uxor et coniux [21] »de uiro suo sumpta«, ideoque »os

---

[14] ait *e ras. man. 2. P.* [15] ergo e ecclesia, *exp. litt.* e *P.* [16] plenum est corpus et solidum *PR. Tilius.* plenum est corpus et corpus et solidum *edd.*. et corpus *e ras. P.* [17] omnes *PR. om. edd.*. [18] a *P. Tilius. om. R. edd.*. [19] honore *PR. secutus sum lectionem Vulgatae.* [20] minus *inseruit v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 192.* [21] et coniunx *add. man. 2. P.*

(*f*) 1 Cor. 12. 14.

(*g*) plenum] cf. c. 5 in..

(*h*) ecclesia est corpus .... et toto iam orbe diffusum] cf. Cypr. de cath. eccl. un. 5 (Hart. I. 214): „sic et ecclesia domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit; unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. ramos suos in uniuersam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter riuos latius pandit; unum tamen caput est et origo una et una mater fecunditatis successibus copiosa."

(*i*) portiuncula] cf. ad ep. II. 7.

insolens portiuncula] cf. c. 5. in.: „insolens sanitas."

(*k*) 2 Tim. 2. 20. cf. ep. I. 5 s. f. et ante omnia ep. III. 26, ubi iisdem fere uerbis utitur P.. Tert. pat. 10 (O. I. 605). Cypr. ep. 55. 25 (Hart. II. 643). ep. 54. 3 (Hart. II. 622) hisce uerbis locum biblicum affert: „in domo autem magna non solum uasa sunt aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et quaedam quidem honorata, quaedam inhonorata." Vulgata: „.... quaedam in contumeliam." Qui loci et ipsa quoque sententia requirunt, ut cum uiro cl. v. d. Vliet scribamus: <minus> magnifica uel, ut idem proponit, modestiora (cf. c. 12: „uel magna uel modica").

de ossibus eius et caro de carne.« (*l*) Nam de hac Dauid dicit [22] (*m*): »uxor tua [23] sicut uitis fecunda in lateribus [24] domus tuae, filii tui sicut nouellae oliuarum in circuitu mensae tuae.« Multus igitur huic uirgini partus et proles innumera [25], qua totus orbis impletur, qua circumfluis semper aluearibus populosum feruet examen. Magna in filios cura matris istius et mollis affectus. Honorantur boni, castigantur superbi, curantur aegroti. Nullus perit, nemo despicitur Securi fetus sub indulgentia matris retinentur.

»Ecclesia (*n*) est non habens maculam neque rugam«, hoc est, haereses non habens, non Valentinos (*o*), non Cataphrygas [26], non Nouatianos (*p*). In his sunt enim quidam sinus maculosi atque rugosi, pretiosarum uestium ornatibus inuidentes. Ceterum [27] (*q*) peccator [et] [28] paenitens non est ecclesiae macula [29], quia quamdiu peccat et non paenitet extra ecclesiam constitutus [29*] est (*r*); ubi desinit [30] peccare, iam

---

[22] dicit *PR. edd.* dixit *Migne.* [23] tua *corr. e* tuo *man. 2. P.* [24] in lateribus *corr. ex* interibus *R.* [25] innunmera *exp. litt.* n *P.* [26] cathafrigas *P.* [27] *Sequentibus in codicis P. margine adscriptum est siglum* , *de quo cf. Wattenbach, Lat. Pal. p. 94 sq..* [28] et *inseruit man. 2. P., sequuntur edd.. deleui ego.* [29] *post* ecclesiae macula *erasa est* a *P.* [29*] constitutus c *e ras. P.* [30] desinit *corr. e* desiit *R.*

(*l*) Gen. 2. 23. cf. Tert. de uirg. uel. 5 (O. I. 890). de monog. 9 (O. I. 775). resurr. carn. 7 (O. II. 476). de an. 11 (O. II. 573). 21 (ib. 589).

(*m*) Ps. 127. 3. cf. c. 2. i. f..

(*n*) Eph. 5. 27. cf. Tert. pud. 18 (O. II. 833).

(*o*) Valentinos] si Valentinianos praeberent codd., ego non mutarem.

(*p*) non Nouatianos] „dicat praesens ecclesia: non denique Lutheranos", Tilius in margine.

(*q*) ceterum] = sed. cf. ad ep. II. 6.

(*r*) quamdiu peccat.... constitutus est] „locus uidetur a Nouatiano corruptus, nisi forte loquatur de peccatoribus in haeresim lapsis, ut annotauit Bellarminus lib. III de Ecclesia cap. 9, ad septimum argumentum." Brasich. Quid autem loco nostro Brasichium offendat, non profert; porro me latet, quomodo Nouatianus locum Paciani corrumpere potuerit et quem locum uelit Brasich.

sanus est. Haereticus uero uestem domini, ecclesiam Christi, scindit, intercipit, uitiat, irrugat (*s*). »Cum« enim »schismata« [30*], inquit (*t*), »et contentiones in uobis sint, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis?« Sed et »sermo (*u*) eorum quasi cancer serpit.« Haec est macula unitatis, haec ruga. Denique ubi super (*v*) his apostolus loquitur, de amore Christi [1] et dilectione (*w*) proponit. »Sicut Christus«, inquit (*x*), »dilexit ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea«, ut haereticos *admoneret* [2] (*y*), quia diligere non nouerunt [3]. Ceterum cur haec misero paenitenti <negantur> [4] (*z*), qui [5] et amare optat [6] et amari?

V. »Ecclesia est integra euangeliorum iura custodiens.« Integra utique (*a*) quia tota, quia plena (*b*); ubi praemium fidelibus datur, ubi miseris lacrimae non negantur, *ubi* [7] *ro-*

[30*] scismata *P.* [1] Christi *add. man. 2. P.* [2] admoneret *PR.* summoueret *edd.*. [3] nouerunt *corr. e* nouerant *R.* [4] negantur *inserui ego.* inuidentur *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 192 sq., qui idem ueram restituit interpunctionem.* [5] qui *PR.* [6] optat *edd.*. optet *PR. Totus locus uulgo sic legitur:* ceterum, cur haec misero poenitenti? quia et amare optat et amari? [7] ubi rogantium fletus auditur, ubi alligantur uulnera *om. Migne.*

(*s*) expectaueris: irrugat, scindit, uitiat, intercipit.

(*t*) 1 Cor. 3. 3. cf. Cypr. test. III. 3 (Hart. I. 115). de zelo et liu. 13 i. f. (Hart. I. 428). (Cypr.) ad Nouat. 14 (Hart. III. 64).

(*u*) 2 Tim. 2. 17. cf. Tert. praescr. haer. 7 (O. II. 9). Cypr. test. III. 78 (Hart. I. 172). ep. 59. 20 (Hart. II. 689). de laps. 34 in. (Hart. I. 262). cf. ep. 43. 5 (Hart. II. 594).

(*v*) super] = de, iam in bona Latinitate non raro legitur. cf. Kühner II. p. 416 § 109 c. Leipold, über die Sprache des Juristen Aemilius Papinianus p. 36. Dr. Kalb, Roms Juristen nach ihrer Sprache dargestellt p. 105. Apud Tert. ea significatione promiscue coniungitur cum ablatiuo et accusatiuo. cf. Pac. paraen. 12 i. f.. Blokhuis p. 69.

(*w*) dilectio] cf. ad ep. I. 5.

(*x*) Eph. 5. 25. cf. Tert. adu. Marc. V. 18 (O. II. 328). Cypr. ep. 69. 2 (Hart. II. 751). ep. 74. 6 (Hart. II. 804).

(*y*) admoneret] cf. commonere c. 14.

(*z*) negantur] scripsi coll. c. 5 in., ep. I. 7 i. f. ep. III. 5 i. f. ib. 15, 19 i. f., 21. Cypr. ep. 55. 29 (Hart. II. 647): „paenitentiae fructus dolentibus non negandus."

(*a*) utique] cf. ad ep. II. 8.

(*b*) plena] cf. c. 4 in.

gantium fletus auditur, ubi alligantur uulnerati [8], ubi curantur aegroti [9] (*c*), ubi nihil sibi uindicat insolens sanitas (*d*) et superba iustitia, ubi sollicita in omnibus caritas perseuerat »omnia (*e*) credens, omnia sperans, omnia sustinens«, — unde illud apostoli (*f*) »quis infirmus est et non ego infirmor, quis scandalizatur et non ego uror?« [10] — ubi onera sua sustinet tota fraternitas communiter dolens, mutua pietate secura, cuncti inuicem (*g*) sustinentes in dilectione »satis agentes (*h*) seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis.« Hoc erit ecclesia, Symproniane frater, hoc erit populus ex aqua et spiritu sancto renatus (*i*) in Christo.

Nescio, ais, an remitti peccatum ab episcopis possit, cum dixerit dominus (*k*): »qui me negauerit coram [12] hominibus, negabo eum coram patre meo qui in caelis est.« Cur igitur Nouatianus tuus, ne falso quidem adhuc episcopatu sacerdos (*l*),

---

[8] uulnerati *R.* uulnera *P.* [9] egroti *P.* [10] non ego uror *R.* ego non uror *P. edd. et Vulg.*. [12] coram c *e ras. P.*

(*c*) curantur aegroti] ut c. 4.

(*d*) insolens sanitas] cf. c. 4 in.: „insolens portiuncula."

(*e*) 1 Cor. 13. 7. cf. Tert. pat. 12 (O. I. 609). Cypr. de bono pat. 15 (Hart. I. 408). de cath. eccl. un. 14 (Hart. I. 222).

(*f*) 2 Cor. 11. 29. cf. Cypr. ep. 17. 1 (Hart. I. 521). ep. 62. 1 (Hart. II. 698).

(*g*) inuicem] cf. Tert. apol. 39 (O. I. 260): „uide, inquiunt, ut inuicem se diligant, ipsi enim inuicem oderunt." Pac. ep. III. 11 et 20. Ioann. 15. 12: „hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem." Rom. 14. 13. 15. 7: „propter quod suscipite inuicem, sicut et Christus suscepit uos in honorem dei." Est igitur inuicem = alter alterum. Gal. 6. 2: „inuicem onera uestra portate." (Pac. ep. III. 20. i. f.) Vulg. legit: „alter alterius onera" cet.

(*h*) Eph. 4. 3. cf. Cypr. de cath. eccl. un. 8 (Hart. I. 216). de bono pat. 15 (Hart. I. 408). sent. ep. 5 (Hart. I. 439). ep. 55. 24 (Hart. II. 643).

(*i*) renatus] cf. ad ep. III. 2. nouus homo = renatus habet Cypr. de domin. or. 9 (Hart. I. 272).

(*k*) Matth. 10. 33. cf. Tert. scorp. 9 (O. I. 514). fug. in pers. 7 (O. I. 474). de idolol. 13 i. f. (O. I. 90). de cor. 11 (O. I. 445). Cypr. test. III. 16 (Hart. I. 130). ad Fort. 5 (Hart. I. 326). ep. 16. 2 (Hart. II. 518). ep. 30. 7 (Hart. II. 555). ep. 59. 12 (Hart. II. 680). (Cypr.) ad Nouat. 7 (Hart. III. 58). de rebapt. 12 (Hart. III. 85).

(*l*) ne falso quidem adhuc episcopatu sacerdos] cf. ep. II. 7: „sine consecratione legitima episcopum factum adeoque nec factum." Cypr. ep. 55. 24 (Hart. II. 643). ep. 69. 3 (Hart. II. 752).

longe antequam Cornelius [13] Romae episcopus fieret [14], antequam sacerdotio illius inuideret, haec suasit? Habes Cypriani testimonium (*m*), Cypriani, quem nec (*n*) uos umquam infamare (*o*) potuistis. Nam quodam in loco ad Antonianum hoc modo scripsit (*p*): »additum [15] est etiam Nouatiano [16] tunc scribente, et quod scripserat sua uoce recitante, et Moyse [17] tunc confessore nunc iam martyre subscribente, ut lapsis infirmis et in exitu constitutis pax daretur, quae litterae per totum mundum missae sunt et in notitiam [18] ecclesiis omnibus perlatae sunt«. (*q*) Quid ais, Sympronianе frater? Nouatianus haec scripsit et, ut obsequium merae [19] uoluntatis adiungeret, etiam scripta recitauit. Testis est eius dextra, testis quae scripsit manus, testis lingua quae legit. Adhuc Cornelius [20], pro quo omnis haec uestra erupit inuidia, episcopus non erat. Longe posterius cum plurimis coepiscopis, cum plurimis confessoribus, statimque martyribus, ut idem Cyprianus scribit, assensus est † senum consilio [21] licere

[13] Cornelius *e ras. man. 2. P.* [14] fieret *corr. e* fierit *P.* [15] auditum *P.* [16] nouatiano *altera* a *e ras. P.* [17] Moyse *corr. e* Moysi *R.* [18] noticiam *P.* [19] merae *corr. e* maerae *R.* [20] Cornelius *corr. e* Corneus *R.* [21] senum consilio licere lapsis dare pacem *ego.* se numquam licet l. d. p. *P.* senum quam licet l. d. p. *R.* senum consilio licere dare pacem *edd.*.

(*m*) Cypriani testimonium] cf. c. 3 in..

(*n*) nec] = ne... quidem. Saepissime apud ecclesiasticos obuium, ad posteriorem Latinitatem referendum est. cf. Tert. resurr. carn. 1 (O. II. 468). apol. 46 (O. I. 283): „Christianus nec in pauperem superbit." Plura e Tert. dabit Blokhuis p. 81. cf. Cypr. ep. 4. 2 (Hart. II. 473): „non dico simul dormire, sed nec simul uiuere." de cath. eccl. un. 14 in. (Hart. I. 222). 26 (ib. 232). de laps. 1 in. (Hart. I. 237) et saepissime.

(*o*) infamare] = infamiam incutere (Tert. apol. 21 (O. I. 204)), infamia afficere. cf. Tert. ieiun. 16 (O. I. 877). ad ux. II. 4 (O. I. 689). ad nat. II. 7 (O. I. 362). apol. 23 in. (O. I. 210). Blokhuis p. 144. Cypr. de laps. 20 (Hart. I. 252). de zelo et liu. 12 (Hart. I. 427). ep. 55. 10 (Hart. II. 631). ep. 75. 6 (Hart. II. 813 i. f.). ep. 74. 2 (Hart. II. 801).

(*p*) Cypr. ep. 55. 5 (Hart. II. 627).

(*q*) sunt] delet Hartel in editione sua Cypriani, iniuria ut e loco nostro uideri potest.

lapsis (*r*) dare pacem. Si paenitentiae negandus est aditus, Nouatianus in crimine est, qui haec <et> [22] scripsit *et* [23] suasit et legit (*s*). Vbi tunc impatiens (*t*) rigor, ubi ferox illa censura? Si nemo [24] uobis Cornelium [25] praetulisset, maneret illa *Nouatiani* [26] scribentis auctoritas. Nunc displicet tota sententia, nunc in nos tela iaciuntur his ipsis subministrantibus (*u*), quorum auctoritate conualuit [27] causa telorum.

VI. At in hanc ipsam haeresim Nouatiani quando <incidere> [28] coeperunt? Audite, quaeso, et totum ordinem (*v*) uestri erroris aduertite. Cornelius (*w*) iam Romae episcopus a sedecim episcopis (*x*) factus locum cathedrae uacantis acceperat (*y*) et in illa qua fuit praeditus castimonia uirginali (*z*)

---

[22] et *inserui ego.* [23] et *PR. om. edd..* [24] nemo e *e ras. P.* [25] Cornelium *corr. e* Corneum *R.* [26] nouatiani *PR. om. edd..* [27] conualuit it *e ras. P.* [28] incidere *inserui ego.* „*subaudiendum reor* prolabi" *in margine Tilius.*

(*r*) lapsis] potestas pacis dandae iis, qui infirmi „in exitu erant constituti," a conciliis Carthagini et Romae habitis, in omnes lapsos est extensa. cf. Cypr. ep. 55. 5 et 6 (Hart. II. 627 sq.).

(*s*) et scripsit et suasit et legit] cf. c. 3.

(*t*) impatiens] = inexorabilis. cf. c. 1 i. f. Tert. scorp. 3 (O. I. 503) cum. acc. coniungit: „necessariam absentiam eius impatiens." cf. Hildebr. ad Apul. Metam. 7. 23. p. 609.

(*u*) subministrare] = suppeditare, suggerere, commodare. cf. Tert. apol. 39 (O. I. 262): „qui non amicorum solummodo matrimonia usurpant, sed et sua amicis patientissime subministrant." Cypr. ep. 31. 1 (Hart. II. 558). ep. 59. 17 (Hart. II. 687): „suggerit et subministrat nobis exempla uirtutis ac fidei Zacharias antistes dei."

(*v*) ordo] h. l. ponitur de re ordine enarrata et exposita = ratio, dispositio, ut interdum apud Tert.. cf. pud. 9 (O. I. 811): „plus est igitur, si nec expedit in christianum conuenire ordinem filii prodigi." apol. 22 (O. I. 207): „sed quomodo de angelis quibusdam sua sponte corruptis corruptior gens daemonum euaserit, damnata a deo cum generis auctoribus et cum eo quem diximus principe, apud litteras sanctas ordo cognoscitur." adu. Marc. IV. 7 (O. II. 168): „nunc autem et reliquum ordinem descensionis expostulo, tenens descendisse illum." ib 21 (ib. 313).

(*w*) Cornelius] quem iam laudibus extulit ep. II. 7.

(*x*) a sedecim episcopis factum] cf. Cypr. ep. 55. 24 (Hart. II. 642).

(*y*) locum cathedrae uacantis acceperat] cf. Cypr. ep. 69. 3 (Hart. II. 752).

(*z*) castimonia uirginali] cf. Cypr. ep. 55. 8 (Hart. II. 629).

crebras persecutiones irati principis sustinebat (*a*). Tum forte presbyter quidam Nouatus [29] (*b*) ex Africa [30] fraudatis [1] in Carthaginiensi ecclesia uiduis [2], spoliatis [3] pupillis, pecunia ecclesiae denegata, proiecto extra domum patre et eodem fame mortuo nec sepulto, uxoris grauidae utero calce percusso partuque eius effuso, Romam uenit. Et cum (*c*) apud Carthaginem urgentibus in ecclesia fratribus dies cognitionis ipsius immineret, [et] [4] hic (*d*) latitauit [5]. Nec multo post Nouatianum istum episcopatu Cornelii anxium (*e*) — nam sibi sperauerat (*f*) — cum aliquantis, ut in tali re solet, ex sua parte fautoribus nutantem impellit, dubitantem fouet, ut magnum aliquid spe-

[29] presbyter quidam nouatus *P.* quidam presbyter nouatus *R.* [30] affrica *P.* [1] fraudatis t *e ras. P.* [2] uiduis *alterum* ui *e ras. P.* [3] spoliatis *R.* spoliatisque *P.* [4] et *deleuit v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 193.* [5] latitauit ti *add. man. 2. P. corr. e* latitat *R.*

(*a*) crebras persecutiones irati principis sustinebat] cf. ep. II. 7: „(Cornelium) inimicis principibus resistentem."

sustinere] = tolerare.

(*b*) Quibus in Nouatum inuehitur Pacianus, mutuatus est a Cypriani ep. 52. 2 (Hart. II. 617 sq.). cf. ib. (p. 619): „spoliati ab illo pupilli, fraudatae uiduae, pecuniae quoque ecclesiae denegatae has de illo exigunt poenas, quas in eius furore conspicimus. pater etiam eius in uico fame mortuus et ab eo in morte postmodum nec sepultus. uterus uxoris calce percussus et abortione properante in parricidium partus expressus."

fraudatis uiduis, spoliatis pupillis] peccauit igitur grauiter Nouatus aduersus edictum Esaiae 1. 17: „subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam." cf. Cypr. test. III. 113 (Hart. I. 181) in capite, inscripto „uiduam et pupillos protegi oportere." Tert. adu. Marc. II. 14 (O. II. 189). 17 (ib. 200). ad ux. I. 8 (O. I. 681). Obiter Nouatum iam increpuit Pacianus ep. II. 3 med.: „Nouatus, inquam, patre prodito, ecclesia derelicta, partu uxoris effuso."

(*c*) et cum .... latitauit] cf. Cypr. ep. 52. 3 (Hart. II. 619): „hanc conscientiam criminum iam pridem timebat, propter hoc se non de presbyterio excitari tantum, sed et communicatione prohiberi pro certo tenebat, et urguentibus fratribus imminebat cognitionis dies, quo apud nos causa eius ageretur, nisi persecutio ante uenisset quam iste uoto quodam euadendae et lucrandae damnationis excipiens haec omnia commisit et miscuit, ut qui eici de ecclesia et excludi habebat, iudicium sacerdotum uoluntaria discessione praecederet, quasi euasisse sit poenam praeuenisse sententiam."

(*d*) hic] = ibi. cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 193.

(*e*) Nouatianum .... anxium) cf. ep. II. 7. s. f..

(*f*) anxium, nam sibi sperauerat] idem de Valentino narrat Tert. adu. Val. 4 in. (O. II. 385).

ret hortatur. Inuenit aliquos ex eorum numero, qui tempestatem persecutionis illius euaserant [5*], apud quos hanc ipsam de lapsis [6] receptis Cornelio conflaret inuidiam. Dat eorum <quisque> [7] epistulas ad Nouatianum. Ille ex auctoritate epistularum sedente iam Romae episcopo aduersum fas sacerdotii singularis (*g*) alterius episcopi sibi nomen assumit, Cornelium (*h*) lapsis communicasse (*i*) arguit, se uindicat innocentem. Contra hunc mihi reddenda ratio (*k*) est, contra hunc asserendus (*l*) pudor, contra hunc uita purganda?

VII. Sed et uos, inquies, episcopi talia cur probatis? Dicat hoc alius, tu Nouatianum [9] defende. Inexcusabilis uideatur haec ceteris causa, tibi grata sit [10]; tibi innocens sit quisquis est pro te nocens [11]. Ne accusaueris alium [12] eo crimine quo tu non potes liberari (*m*). Age,

---

[5*] euaserant *pro* euaserunt *ego*. [6] lapsis *corr. e* capsis *P.* [7] quisque *inserui ego*. [9] Nouatianum *edd.*. Nouatiane *PR.* [10] tibi licet grata sit *edd.*, *quam lectionem secutus v. d. Vliet*, *Mnem. 1895. p. 193 legit:* inexcusabilis uid. haec ceteris causa licet, tibi g. s. *Ego lectionem codicum retinui.* [11] innocens *exp.* in *P.* [12] alium *corr. ex* aliam *R.* aliquem *P.*

(*g*) aduersum fas sacerdotii singularis] cf. Cypr. ep. 45. 1 (Hart. II. 600): „contra sacramentum semel traditum diuinae dispositionis et catholicae unitatis."

(*h*) Cornelium .... arguit] cf. Cypr. ep. 44 (Hart. II. 597 sqq.).

(*i*) communicare] cum aliquo et alicui promiscue usurpantur. cf. c. 18 in. 19 in. Cypr. ep. 55. 1 (Hart. II. 624). ep. 14. 4 (Hart. II. 516). ep. 54. 2 (Hart. II. 622). ep. 55. 12 (Hart. II. 632). de laps. 30 (Hart. I. 259) et alibi. Potest etiam significare communicari: coinquinari = κοινοῦσθαι. cf. Tert. pat. 8 (O. I. 602).

(*k*) rationem reddere] ut c. 2 in.: „ut rationem facti tui redderes." Rom. 14. 12. Cypr. ep. 55. 21 (Hart. II. 639). ep. 57. 5 (ib. 655).

(*l*) asserere] = uindicare, defendere, ex iudiciis desumptum, inde apud sequiores = confirmare, affirmare, asseuerare. cf. Vet. Gloss.: „assero, διαβεβαιοῦμαι." cf. c. 8 in. 13 in. Cypr. ad Fort. 11 (Hart. I. 337 in.) et ep. 59. 13 (Hart. II. 682): „asserere maiestatem dei." ep. 46. 2 in. (Hart. II. 605): „euangelium Christi asserere." ep. 59. 4 (Hart. II. 671): „innocentiam suam asserere," et saepius.

(*m*) liberare] cum simplice abl., a et de legitur. cf. c. 9: „et tamen liberat a peccato." ib.: „aliud est de periculo liberari." bapt. 2 i. f. Cypr. ad Fort. 7 (Hart. I. 328). de dom. or. 7 (Hart. I. 270). Tert. idolol. 18 (O. I. 99). Iudic. 13. 5. eliberare a habet Cypr. ep. 55. 18 (Hart. II. 637).

iam totum pudorem (*n*) nos episcopi debeamus, quia et apostolorum nomen accepimus (*o*), quia Christi appellatione signamur (*p*). Negantem, inquis, dominus negat (*q*). Tu negantem nolo fatearis (*r*). Quis *enim* [13] negantem confitetur? Qui ad paenitentiam cogit, obiurgat, crimen ostendit, uulnera aperit, supplicia aeterna commemorat, interitu [14] carnis emendat? Hoc castigare est, non fateri. Ait nobis [15] dominus (*s*): »uos estis sal terrae.« Recte ergo *sallimus* [16] (*t*) ista dicendo, nec ad nihilum [17] ualebit quisquis audierit. Vides non *in*culcari [18] (*u*) a nobis sententiam domini, sed probari, non abici seueritatem, sed uoluntatem eius aperiri. Sed paenitenti, inquies, peccata dimittis, cum tantum in baptismate tibi liceat relaxare (*v*) peccatum. Non mihi plane, sed deo soli, qui et in baptismate donat (*w*) admissum et pae-

---

[13] enim *P.* eum *R. edd.* [14] interitu *altera* i *supra lineam add. P.* [15] nobis n *e ras. P.* [16] sallimus *PR.* salimus *Latinius.* psallimus *edd.*. [17] nichilum *P.* [18] inculcari *PR.* proculcari *edd.* inculcari „*alias* proculcari" *in margine Tilius.*

(*n*) pudorem debere] cf. Tert. de an. 46 (O. II. 629): „pudorem imperare alicui."

(*o*) apostolorum nomen accepimus] cf. ep. I. 6: „denique et episcopi apostoli nominantur."

(*p*) signare] cf. ep. I. 3 in.. ep. I. 4 in..

(*q*) negantem dominus negat] redit ad argumentum capitis 5.

(*r*) fateri] = confiteri, ut ex sequentibus apparet. cf. c. 21. Cypr. ep. 58. 9 (Hart. II. 665 in.): „dominum suum Christum uictrix lingua fateatur."

(*s*) Matth. 5. 13. cf. Cypr. test. III. 87 (Hart. I. 174). sent. ep. 7 (Hart. I. 440). (Cypr.) de aleatoribus 2 (Hart. III. 93). (Cypr.) de abus. saec. 1 (Hart. III. 154). de cath. eccl. un. 1 in. (Hart. I. 209).

(*t*) sallire] = condire. Praeter Matthaei locum cf. Tob. 6. 6. Ezech. 14. 4 et de uerbo condire Marc. 9. 49. Luc. 14. 34. Extant quoque formae salire et sallere, quod ignorantes edd. psallimus dederunt. cf. Sall. hist. fr. III. 7 Kr. Varro de l. l. 5. 110. Prisc. 10. 57. Diom. Keil. 375. 20 sqq., qui fragmenta ex antiquioribus affert.

(*u*) inculcare] ut apud Tert. = calcare, cum contemptu et indigne tractare. cf. Tert. paen. 7 (O. I. 657). scorp. 6 (O. I. 509): „inculcator." ad nat. I. 10 (O. I. 326). pat. 15 (O. I. 613). ad ux. II. 5 (O. I. 691 in.). praescr. haer. 8 in. (O. II. 10). Igitur praeter necessitatem edd. legunt proculcari.

(*v*) relaxare] cf. ad ep. I. 6.

(*w*) donare] = condonare. cf. ad ep. I. 7.

nitentium lacrimas non repellit. Ceterum quod ego facio, id non meo iure, sed domini (*x*). »Dei (*y*) sumus adiutores« [19], inquit, »dei aedificatio est*is*.« [20] Et [21] iterum (*z*): »ego plantaui, Apollo rigauit [22], sed deus incrementum dedit; ergo neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat [23], deus.« Quare siue baptizamus, *seu* [24] ad paenitentiam cogimus, seu ueniam paenitentibus relaxamus [25], Christo id [26] auctore tractamus. Tibi uidendum est, an Christus hoc possit, an Christus hoc fecerit.

VIII. Si paenitentibus remissio peccatorum dari potuit, ais, baptisma non fuit necessarium. Insulsissima comparatio! Baptismu*m* [27] enim sacramentum est dominicae passionis, paenitentium uenia meritum confitentis. Illud (*a*) omnes adipisci possunt, quia gratiae dei donum est (*b*), id est gratuita donatio; labor (*c*) uero iste paucorum est, qui post casum resurgunt, qui post uulnera conualescunt, qui lacrimosis uocibus adiuuantur [28], qui carnis interitu (*d*) reuiuiscunt. Frustra me posuisse (*e*) asseris (*f*) illud exemplum,

---

[19] adiutores s *suprascr. P.* [20] estis *P. Vulgata.* est *R. edd.*. [21] et t *ę ras. P.* [22] rigauit *P. Bibl. patr. max. Lugd. IV. p. 310. H.* irrigauit *R. Bibl. uet. patr. Col. Agr. IV. p. 240. C.* [23] dat a *e ras. P.* [24] siue ad baptizamus seu, ad *exp.*, seu *corr. e* siue, b *et* z *e ras. P.* siue *edd.*. [25] relaxamus *Migne.* relaxemus *PR. edd.*. [26] id *add. man. 2. P.* [27] baptismum *PR. Bibl. uet. patr. Col. Agripp. IV. p. 240. C. Tilius.* baptismus *Migne et Bibl. patr. max. Lugd. IV. p. 310. H.* [28] ad iuuantur *P.*

(*x*) non meo iure, sed domini] cf. ep. I. 6: „quod per sacerdotes suos facit (scil. dominus), ipsius potestas est."
(*y*) 1 Cor. 3. 9.
(*z*) 1 Cor. 3. 6, 7.
(*a*) ille .... iste] cf. ad ep. I. 4 in..
(*b*) gratiae dei donum, id est gratuita donatio] cf. ep. I. 5: „desinitĕ .... gratuita bona domini inobsecrabili asperitate prohibere."
(*c*) labor] cf. c. 9.: „cui (scil. paenitentiae) labor tantus imponitur."
(*d*) carnis interitu] ut c. 7.
(*e*) ponere exemplum] ut c. 3 i. f..
(*f*) asserere] cf. ad c. 6 i. f..

quod deus dixerit (*g*): »malo paenitentiam peccatoris quam mortem.« Quid si adiecissem illud Esaiae [29] (*h*) »cum conuersus ingemueris, tunc saluaberis et scies ubi fueris«? Quid si *illud* [30] (*i*) apocalypsis (*k*) »memento unde cecideris et age paenitentiam, et fac priora opera«? Haec, inquies, gentibus dicta sunt ante baptismum. Audi apostolum [1] (*l*): »scimus autem quoniam quaecumque lex dicit, *his* [2] qui in lege (*m*) sunt, dicit et loquitur.« Ergo eos qui sine lege uixerunt, paenitendi conditio non tenebat [3]. Qui et si paenituissent, libera id fide fecerant, non imposito per legem uinculo paenitendi. Ergo et uel Iudaei, inquis [4], qui ante baptismum paenituerunt, post baptismum paenitere non possunt. Quis hoc te docuit, frater Symproniane [5]? Quis suasit, ut qui ante paenituerit postea paenitere non debeat? Sed posterius hoc uidebimus. Interim (*n*) si Iudaeis post baptismum praeclusa [6] (*o*) est paenitentia, quia illam ante persoluerint, concede uel gentes, quae paenitentiae legem ante nescierint, posterius paenitere debere. Sed et de Iudaeis nolo fallaris.

---

[29] ysaie *P.* [30] illud *pro editionum* id *ego*, *om. PR.* [1] apotolum l *e ras. P.* [2] his *PR. Tilius.* iis *edd.*. [3] tenebat *P.* tenebit *R.* [4] inquis *pro* inquies *ego.* [5] simproniane *e ras. P.* [6] praeclusa p *e ras. P.*

(*g*) Ezech. 33. 11. cf. 18. 23. Tert. adu. Marc. II. 13. i. f. (O. II. 101). IV. 10 (O. II. 178). resurr. carn. 9 (O. II. 479). paen. 4 (O. I. 649). pud. 2 (O. I. 794). 18 (ib. 834). Cypr. test. III. 114 (Hart. I. 182). de laps. 36 (Hart. I. 263).

(*h*) Es. 30. 15 (sec. LXX). cf. paraen. 12 i. f. Cypr. de laps. 36 (Hart. I. 263). ep. 34. 1 i. f. (Hart. II. 569).

(*i*) illud] posui coll. locis similibus c. 5 et hoc ipso cap. paulo superius.

(*k*) apoc. 2. 5. cf. Cypr. de laps. 16 i. f. (Hart. I. 249). ep. 19. 1 (Hart. II. 525). ep. 34. 1 (Hart. II. 569). ep. 55. 22 (Hart. II. 639). (Cypr.) ad Nouat. 13 (Hart. III. 63).

(*l*) Rom. 3. 19. cf. c. 13 in..

(*m*) in lege] opponitur sine lege ut de bapt. 2. cf. Rom. 3. 21. in lege = sub lege. Vid. Tert. adu. Marc. V. 13 (O. II. 313). Cypr. ep. 59. 13 (Hart. II. 681).

(*n*) posterius .... interim] ut c. 3 in.. ep. II. 3. ep. III. 8.

(*o*) praecludere paenitentiam] ut infra c. 9.

Illi enim propterea prius paenituerunt, quia uetus baptisma corruperant et quasi post fidem fide prodita paenitebant. Audi apostolum (*p*): »nolo enim ignorare uos, fratres, quia (*q*) patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari, et omnes eundem cibum spiritalem ederunt [8] et omnes eundem potum spiritalem [9] biberunt. Bibebant autem de spiritali sequenti petra [10]: petra autem erat Christus.« Hoc ergo baptisma uiolauerant et ideo paenitebant.

IX. Videamus deinde quid dicas: »Si deus saepius iubet hominem paenitere« inquis [11], »saepius peccare permittit.« Quid ais? Ergo qui saepius remedium criminis [12] monstrat, crimen ostendit? Et medicus ille cum curat, assidue uulnerari docet? Deus nec (*r*) semel [13] peccare uult hominem, et tamen liberat (*s*) a peccato. Nec utique cum liberat, peccatum docet, sicut nec qui ab incendio liberat, incendium monstrat, nec qui naufragum eripit [14] scopulis [15], in saxa compellit. Aliud est de periculo liberari, aliud ad periculum

[7] et in nube *Migne.* et *om. PR. edd.*. [8] ederunt *edd.*. ediderunt *PR.* [9] spālem *P.* [10] sequenti petra *PR.* petra sequente *edd.*. [11] inquis *corr. ex* inquit *R.* [12] criminis n *e ras. P.* [13] semel *post* hominem *transponunt edd.*. [14] *post* eripit *erasum est punctum P.* [15] scopulis *corr. e* scopolis *R.*

(*p*) 1 Cor. 10. 1—4. cf. Cypr. test. I. 4 (Hart. I. 42). ep. 69. 15 (Hart. II. 764): „.... et in nube et in mari." Vulg. illud et omittit.

(*q*) quia] = quod, pro acc. c. inf. post uerba sentiendi et declarandi, ut etiam quod et quoniam. cf. Tert. apol. 7 (O. I. 139). adu. Iud. 8 (O. II. 715). bapt. 10 (O. I. 629): „adeo postea in actis apostolorum inuenimus, quoniam qui Ioannis baptismum non habebant non accepissent spiritum sanctum." idolol. 20 (O. I. 103): „adiciendum est aliquid quo appareat, quia non ego illos deos dico." de uirg. uel. 17 (O. I. 908): „sciant quia totum caput mulier est." Cypr. ep. 59. 18 (Hart. II. 688): „sciant quia a sacerdotibus dei non timentur." ep. 66. 1 (Hart. II. 727): „contendere quod non a deo nec per deum sacerdotes eius in ecclesia constituantur." ep. 21. 1 (Hart. II. 529): „scio enim quoniam unusquisque iam quae sunt saeculi non attendit," et saepissime. Pac. ep. III. 9: „docebat apostolus quod essemus noui." cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 402.

(*r*) nec] = ne quidem (cf. ad c. 5), ideoque lectionem codicum reuocaui.

(*s*) liberare a] cf. ad c. 7 in..

cogi. Et fortasse paterer hoc credi, si paenitentia deliciae [16] putarentur, cui [17] labor (*t*) tantus imponitur, cui carnis interitus (*u*) imperatur, cui iuges (*v*) lacrimae, cui gemitus sempiterni. Volet ergo ille sanatus iterum se secari [18], rursus exuri (*w*)? Volet peccare iterum et iterum paenitere, cum scriptum sit (*x*): »noli adicere peccatum, ne quid tibi deterius contingat«? Et adhuc (*y*): »assidue peccanti [19] non misereor?« (*z*) Quodsi, ut ais [20], ad peccatum cogitur, cui paenitentiae medicina monstratur, quid tandem ille facturus est, cui paenitentia ipsa praecluditur (*a*), cui desperato remedio totum uulnus operitur [21], cui prorsus ex integro (*b*) uitae aditus denegatur? In baptismo, inquies, semel (*c*)

---

[16] delitie *P.* [17] cui *PR. edd.*. cuius *Migne.* [18] saecari a *exp.*, c *e ras. P.* [19] peccanti *edd.*. peccati *PR.* [20] ais *corr. ex* ad *P.* [21] operitur *Latinius.* aperitur *PR. edd.*.

(*t*) labor] cf. c. 8 in.: „labor uero iste (scil. paenitentiae) paucorum est qui post casum resurgunt."

(*u*) carnis interitus] cf. c. 7. c. 8 in..

(*v*) iugis] = διηνεκής, perpetuus, continuus, perennis. cf. Cic. de diuin. 2. 31: „qui cum uidisset, exhaustam aquam de iugi puteo, terrae motus dixit instare." Hor epist. 1. 15. 15. Cypr. ep. 37. 4 (Hart. II. 578 i. f.). ep. 43. 4 (Hart. II. 593): „dolor iugis," et saepius. cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 118 sq..

(*w*) secari .... exuri] cf. Salu. gub. dei 7. 1: „nec ferri desectione nec cauteriorum adustione sanamur."

(*x*) Ioann. 5. 14. cf. Cypr. test. III. 27 (Hart. I. 141). de hab. uirg. 2 (Hart. I. 188). ep. 13. 2 (Hart. II. 505). ep. 55. 26 (Hart. II. 644).

(*y*) Eccli. 12. 3. Vulgata hoc modo locum praebet: „non est enim ei bene qui assiduus est in malis et eleemosynas non danti, quoniam et altissimus odio habet peccatores et misertus est paenitentibus."

(*z*) misereri c. dat.] cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 413 sq..

(*a*) paenitentia praecluditur] cf. c. 8.

(*b*) ex integro] cf. ad ep. II. 8 i. f.: „ex abundanti."

(*c*) semel] = ἅπαξ, in perpetuum, nostrum eens voor altijd. cf. Pac. bapt. 7 i. f.: „semel felices sunt quorum remissa sunt facinora" cet.. ep. III. 12. Tert. apol. 41 (O. I. 272): „qui enim semel aeternum iudicium destinauit post saeculi finem, non praecipitat discretionem." E Tertulliano plura exempla dabit Oehl. ad de fug. in pers. 2 (O. I. 466). Cypr. ep. 4. 1 (Hart. II. 473): „uirgines quae cum semel statum suum continenter et firmiter tenere decreuerint" cet., et saepius.

morimur (*d*), sicut ait apostolus (*e*): »an nescitis [22], quoniam (*f*) quicumque [23] baptizati estis [24] in Christo Iesu, in morte eius baptizati estis? Consepulti ergo estis ei per baptismum [25] in mortem, ut sicut Christus resurrexit ex mortuis, sic et uos in nouitate uitae ambuletis [26].« Quid mirum? Docebat apostolus quod (*g*) essemus noui, ut nemo [27] peccaret; sequebatur tamen, ut qui peccauerat, paeniteret; *ille* integer uiueret, *hic* curatus [28]; innocens coronam subiret, paenitens [29] ueniam; ille (*h*) praemium acciperet, iste medicinam. Denique idem apostolus dicit (*i*): »nam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati nunc in sanguine eius salui erimus per eum ab ira,« ab ira utique (*k*), quae peccantibus debebatur. Quod si gentilem populum non passus est mori, multo magis redemptum non patietur extingui; nec abiciet quos magno redemit (*l*), nec <enim> [30] leuis illi est iactura (*m*) famulorum (*n*). Non morietur quidem amplius [1] qui resurgit (*o*), ut scriptum est (*p*).

[22] nescitis *R.* nescistis *P.* [23] quicunque *corr. e* quecunque *P.* [24] estis s *finalis suprascr. P.* [25] batismum *P.* [26] ambuletis l *e ras. P.* [27] nemo o *e ras. P.* [28] *secutus sum optimam codicum lectionem pro editionum:* hic integer ille cur. uiueret; innocens cor., paen. uen. subiret; ille praem., iste med. acciperet. *Tantummodo* ille *et* hic *inter sese locum mutatos feci.* [29] et paenitens *R.* [30] enim *posui cum edd. om. PR.* [1] amplius *supra litt.* i *aliquid est erasum P.*

(*d*) semel morimur] quia „non morietur quidem amplius qui resurgit," ut ipse scribit Pacianus in fine huius capitis.

(*e*) Rom. 6. 3, 4. cf. bapt. 6. Tert. de resurr. carn. 47 (O. II. 530). pud. 17 (O. I. 830).

(*f*) quoniam] = quod. cf. ad ep. II. 2 i. f. et ad ep. III. 8.

(*g*) quod] pro acc. c. inf.. cf. ad ep. III. 8.

(*h*) ille .... iste] cf. ep. I. 4 in. ep. III. 8 in.. 25 in.. iste = hic.

(*i*) Rom. 5. 8, 9. cf. Cypr. ep. 55. 18 (Hart. II. 637).

(*k*) utique] = scilicet. cf. ad ep. II. 8.

(*l*) quos magno redemit] cf. c. 27. Tert. carn. Chr. 4 (O. II. 431): „amauit utique quem magno redemit."

(*m*) iactura] cf. Cypr. de laps. 4 (Hart. I. 239). 10 (ib. 243).

(*n*) famuli] cf. c. 10 in..

(*o*) resurgere] Cypr. ep. 55. 22 (Hart. II. 639): „rursus exurgere."

(*p*) ut scriptum est] scil. Rom. 6. 9. cf. bapt. 7 i. f..

Sed ipse est aduocatus (*q*) apud [2] patrem, sed ipse interpellat pro peccatis nostris, haud [3] despicabilis miserorum patronus, parumue (*r*) idoneus deprecator.

X. Responde, frater, an famulos dei diabolus possit opprimere, an non possit Christus absoluere (*s*). Petri paenitentiam dicis ante domini passionem fuisse? Hoc tibi nemo proposuit. Et tamen Petrus iam baptizatus erat; huic enim dixerat dominus (*t*): »qui [4] lotus est [5] semel, non necesse habet iterum lauari.« Accepit tamen postea remedium Christi, sed ante paenituit, et ante sanctus est habitus quam ad *hoc* [6] remedium perueniret. Nec paenitentia [7] eius in memoriam scriberetur, ni profuisset aliquid paenitenti. »Fleuit« inquit (*u*) »amarissime«. Non (*v*) uis facere fidelem, quod Petrus [8] fecit, non uis prodesse nobis, quod Petro profuit? Age, Thomas (*w*) [meus] [9] (*x*) nonne post domini resurrectionem de resurrectione dubitauit? Nonne perfidiae reus notatur a domino cum illi clauorum notae, cum perfossae manus, cum lateris uulnus ostenditur, cum sic ad eum ait domi-

[2] *erasum aliquid inter* apud *et* patrem *habet P.* [3] haud h *e ras. P.* [4] quid *Bibl. uet. patr. Col. Agripp. IV. p. 240. G.* [5] est *suprascr. R.* [6] hoc *PR. om. edd..* [7] paenitentia *prior* e *e ras. P.* [8] Petus *R.* [9] meus *deleui ego.*

(*q*) aduocatus .... deprecator] cf. (Tert.) adu. omn. haer. 8 i. f. (O. II. 765): „Christus pro hominibus deprecator et aduocatus ipsorum factus." Cypr. ep. 55. 18 (Hart. II. 637): „Ioannes quoque Iesum Christum dominum nostrum aduocatum et deprecatorem pro peccatis nostris probet dicens" cet.. ep. 11. 5 (Hart. II. 499). Verba desumpta sunt ex 1 Ioann. 2. 1, 2.

(*r*) parumue] mente supplendum est haud.

(*s*) an.. diabolus possit opprimere, an non possit Christus absoluere] cf. ep. I. 5: „habetne tam diuturnum serpens uenenum, Christus non habet medicinam? Diabolus in hoc mundo interficit, Christus hic non potest subuenire?"

(*t*) Ioann. 13. 10. cf. Tert. bapt. 12 (O. I. 631).

(*u*) Matth. 26. 75.

(*v*) non] pro nonne. „enuntiationes interrogatiuas haud semel non a nonne, sed a simplici negatione auspicatur Tertullianus" v. d. Vliet, Tert. p. 61 annot.. cf. ad ep. I. 5.

(*w*) Thomas] cf. Ioann. 20. 25 sqq..

(*x*) meus] deleui ut ortum e dittographia.

nus (*y*): »noli esse incredulus, sed fidelis«? Quid ergo? Erubuit paenitere? Nonne humiliatus est? Nonne deum et dominum suum illico [10] confitetur? Non [11] (*z*) illum exomologesis ista commendat?

XI. Iam quam [12] argute caput [13] illud absoluis, quod ego posui (*a*): datam episcopis potestatem, ut quae ligassent [14] in terra, ligata essent et in caelis *et* [15] *quae soluissent* [16] *in terra, soluta essent et in caelis.* Dicis hoc non ad fideles, sed ad catechumenos [17] (*b*) pertinere, ut baptizandis adhuc scilicet populis solui liceret crimina uel [18] teneri. Duorum denique euangelistarum capitula coniungis, ut unum esse uideantur [19], et adicis, quod Matthaeus [20] minus integre prosecutus sit, complesse Ioannem, ut quia apud Matthaeum dixerat dominus (*c*) »ite et [21] docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris et filii et spiritus sancti«

---

[10] ilico *P.* [11] non *PR.* numquid non *edd.*. [12] iam quam *edd.*. tanquam *P.* tam quam *R.* [13] caput t *e ras. P.* [14] ligassent *corr. e* legassent *R.* [15] et quae soluissent ..... in caelis *PR. Tilius. om. edd.*. [16] soluissent u *e ras. P.* [17] cathecuminos *P.* catecuminos *R.* [18] non teneri *P.* [19] uideantur *R. edd.*. uideatur *P.* [20] matheus *P.* [21] et *supra lineam P.*

(*y*) Ioann. 20. 27. cf. Tert. de an. 17 i. f. (O. II. 582). Cypr. test. II. 6 (Hart. I. 70)

(*z*) numquid] praeter necessitatem inserunt edd.. cf. supra.

(*a*) quod ego posui] ep. I. 6 in..

(*b*) catechumeni] cf. Isid. 7. 14: „catechumenus dictus pro eo quod (leg. qui) adhuc doctrinam fidei audit, necdum tamen baptismum percepit." Hieron. ep. 83 ad Ocean. 2: „catechumeni sunt fidei candidati." Tert. de cor. 2 (O. I. 418): „omnes ita obseruant a catechumenis usque ad confessores et martyres uel regatores." Nonnumquam uno eodemque nomine appellantur catechumeni, audientes, tirones. De catechumenis cf. praeterea Cypr. ep. 73. 22 (Hart. II. 795). Concil. Constantinop. I. 7: „κατηχούμεν αὐτοὺς καὶ ποιοῦμεν αὐτοὺς χρονίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἀκούσθαι τῶν γραφῶν, καὶ τότε αὐτοὺς βαπτίζομεν."

(*c*) Matth. 28. 19. cf. Tert. praescr. haer. 8 (O. II. 11). 20 (ib. 18). bapt. 13 (O. I. 623). Cypr. sent. ep. 7 (Hart. I. 440). ep. 73. 5 (Hart. II.* 782). ep. 28. 2 (Hart. II. 546). ep. 73. 18 (Hart. II. 716). sent. ep. 29 (Hart. I. 447). 37 (ib. 450). (Cypr.) de rebapt. 7 in. (Hart. III. 78).

apud Ioannem impleuerit dicens: »si cuius dimiseritis peccata, dimittentur illi [22], cuius retinueritis [23] et tenebuntur«, ut hoc dimittere [24] uel ligare ad gentes, quae baptizandae erant, pertinuisse uideatur, quia prior euangelista de gentibus praelocutus sit, de soluendo [25] et ligando posterior impleuerit. Quid ais? Euangelistae duo dimidiatos inuicem sensus et semiïntegros retulerunt? Verba his inuicem ratioue defuerat? Aut non in omnibus totum spiritus sanctus implebat [26], propositos perferens sensus et ad plenum dicta definiens? Hominis confirmatum testamentum nemo superordinat (*f*), dei tabulam tabula diuersa (*g*) mutabit? *Quae* [27] (*h*) in uobis uincendi [28] cupido [29] est, ut tale aliquid audeatis! Quid, quod apud Matthaeum ipsum ante passionem suam dixerat [30] dominus (*i*): »quaecumque ligaueritis in terra, erunt ligata et in caelo et quaecumque solueritis in terra erunt soluta et in caelo«? Apud Matthaeum hoc praedixerat dominus et nullam ibi gentium fecerat mentionem; cur ergo illi capitulum Ioannis adiungis, ubi suum posuit, et ita posuit, ut a gentibus

[22] illi *edd.*. illis *PR.* [23] retinueritis *edd.*. tenueritis *PR. Post* tenueritis *aliquid erasum habet P.* [24] dimitere *P.* [25] soluendo autem *R.* autem *om. P.* soluendo d *e ras. P.* [26] implebat e *e ras. P.* [27] quae *PR.* quaenam *edd.*. [28] uincendi *corr. e* uicendi *R.* [29] haec cupido *edd.* haec *om. PR.* [30] *inter* dixerat *et* dominus *aliquid erasum habet P.*

(*d*) Ioann. 20. 23. cf. Matth. 16. 19. Pac. infra. Cypr. cath. eccl. un. 4 (Hart. I. 212). ep. 69. 11 (Hart. II. 759). ep. 73. 7 (Hart. II. 783). ep. 75. 16 (Hart. II. 821).

(*e*) dimittere] pro remittere. cf. c. 15 med.. ib. i. f..

(*f*) superordinare] = ἐπιδιατάττεσθαι. cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 201. Locus desumptus est e Gal. 3. 15. cf. Tert. adu. Marc. V. 4 in. (O. II. 282).

(*g*) diuersus] = contrarius. cf. Tert. adu. Marc. I. 20 in. (O. II. 69): „diuersa pars." resurr. carn. 19 in. (O. II. 491). adu. Hermog. 21 in. (O. II. 358) et saepius. Sic ex diuerso. cf. ad ep. II. 8.

(*h*) quae .. uincendi cupido] cf. ep. II. 6 in..

(*i*) Matth. 16. 19. cf. Ioann. 20. 23 (apud nostrum supra). ep. I. 6. Tert. praescr. haer. 22 (O. II. 20). pud. 21 (O. I. 843). Cypr. cath. eccl. un. 4 (Hart. I. 212). ep. 33. 1 (Hart. II. 566) ep. 75. 16 (Hart. II. 820).

separaret? Quod utique si ad gentes [1] pertinere uoluisset, potuit ipse coniungere quod ipse ponebat. Totum ergo quod quaeris apud Matthaeum habes. Cur non uniuersa legisti <tu>[2] (*k*), qui episcopum doces? Primum praecepti istius caput [3] repete (*l*). Ipso referente Matthaeo paulo superius ad Petrum locutus est dominus, ad unum ideo ut unitatem fundaret ex uno, mox id ipsum in commune praecipiens, *specialiter* [4] (*m*) tamen ad Petrum incipit (*n*): »et [5] ego tibi dico«, inquit »quia tu es Petrus et super istam petram aedificabo ecclesiam meam et portae *inferorum* [6] (*o*) non conualescent [6*] aduersus eam. Et tibi dabo claues regni caelorum [7], et quaecumque ligaueris super terram, ligata erunt et in caelis et quaecumque solueris super terram, erunt soluta et in caelis.« Dic, frater, de [8] solis gentibus hoc locutus est? (*p*) »Super hanc petram aedificabo« inquit »ecclesiam meam«. Ecclesiam non baptizatas gentes uocat [9]? Homo necdum (*q*) renatus (*r*) corpus est Christi? Quid soluo gentibus quod non est ligatum?

---

[1] gentes *e ras. P.* [2] tu *inserui ego.* [3] caput *supra lineam add. man. 2. P.* [4] specialiter *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 193. sq..* qualiter *PR. edd..* aequaliter, tamen *Latinius.* [5] et *om. R.* [6] inferorum *PR.* infernorum *edd..* inferi *Bibl. patr. max. Lugd. IV. p. 311. G. Vulg..* [6*] praeualebunt *Bibl. Lugd. l.l. et Vulg.* [7] celorum c *e ras. P.* [8] de *e ras. P.* [9] uocat homo; necdum renatus .... Christi? *Tilius.*

(*k*) tu] facile excidere potuit post legisti. cf. paraen. 8 in.: „quid facies tu, qui decipis sacerdotem?"

(*l*) repete] cf. ep. II. 2: „litteras meas repetas."

(*m*) specialiter] scribens me occupauit v. d. Vliet, Mnem. 1895 p. 193 sq.. cf. Tert. adu. Marc. II. 24 (O. II. 76).

(*n*) Matth. 16. 18, 19. cf. supra.

(*o*) inferorum] scripsi cum codd. coll. locis Cypriani supra allatis et Pac. ep. III 14 in. Vulg.: „.... et portae inferi non praeualebunt aduersus eam." inferus = ὁ ἅιδης, cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 272. Cum toto capite conferendus est Tert. pud. 21 (O. I. 841 sqq.).

(*p*) locutus est] de part. interrog. omissa cf. ad ep. I. 5 et ad ep. III. 10.

(*q*) necdum] = nondum, ut sexcenties nec = non, cf. c. 17. bapt. 4 in.. Tert. adu. Iud. 6 (O. II. 712). Cypr. ad Donat. 5 (Hart. I. 8). de hab. uirg. 2 (Hart. I. 189). de laps. 23 (Hart. I. 254). ep. 43. 4 (Hart. II. 593) et saepius.

(*r*) renatus] cf. ad c. 2.

Nam si non reputatum est, nec ligatum. Quid alligo quod nullo iure constringo? Gentilis homo liber est legi.

Vide nunc e contrario, an in baptizatum utraque conueniant. Soluitur uenia quia [10] peccato tenebatur, ligatur anathemate quia solutus fuerat fide et per gratiam liberatus. Quod si *et* [11] ad gentes hanc soluendi licentiam uel ligandi spectasse [12] concedam, multo magis ad baptizatos pertinuisse conuincam [13]. Nam si is solui potuit uel ligari qui uinculum [14] non habuit, quanto magis ille, quem fidei iura tenuerunt?

XII. Ais posuisse Matthaeum (*s*): »si peccauerit in te frater tuus [15], uade [16] et corripe [17] eum solus cum solo,« ac statim subiunxisse (*t*) dominum: »quaecumque soluer*itis* [18] in terra, soluta [19] erunt et in caelis«, ut *et* [20] ad fratris offensam pertinere uideatur. Age, non uides quod supra dicit: »si in te peccauerit frater tuus«, hic [21] uero addit: »amen dico uobis: quaecumque solueritis in terra«? [22] Illud uni iussit [23], hoc pluribus relaxauit (*u*); illud ipse soluit, in quem admittitur, hoc uero ecclesia; illud sine sacerdote, sine fratribus, hoc ab omnibus impetratur (*v*). »Quaecumque solueritis« inquit, omnino nihil excepit [24]; »quaecumque« inquit, uel magna uel modica (*x*). Attende qu*i*d [25] ad Petrum dicat

[10] qui a *P.* [11] et *P. om. R.* [12] ligandi spectasse *corr. ex* ligandis pettesasse *R.* spectasse *suprascr. tertia* s *P.* [13] conuincam cā *e ras. P.* [14] uinculum non habuit *P.* uinculam non habuit *R.* non habuit uinculum *edd.*. [15] tuus s *add. man. 2. P.* [16] uade d *e ras. P.* [17] corpe *R.* [18] solueritis *PR.* solueris *edd.*. [19] solutae *exp.* e *R.* [20] et *R. om. P.* [21] hic *PR. edd.*. heic *Migne.* [22] terra etc. *edd.!* [23] unius sit *P.* [24] excepit *PR.* excipit *edd.*. omnino nichil excepit, quecunque inquit *in margine man. 2. P.* [25] quid *PR. Tilius.* quod *edd.*.

(*s*) Matth. 18. 15. cf. Tert. praescr. haer. 16 (O. II. 17). de bapt. 6 (O. I. 626). (Cypr.) de XII abus. saec. 10 (Hart. III. 168).

(*t*) subiunxisse] ib. 18. cf. Matth. 16. 19.

(*u*) relaxare] cf. ad. ep. I. 6.

(*v*) impetrare] cf. c. 22. 23. 24.

(*x*) modicus] = paruus, ut in sermone Tertullianeo. cf. adu. Marc. II. 27 (O. II. 118): „nec magnus uobis placet nec modicus, nec iudex nec amicus." ad nat. I. 7 (O. I. 315).

inferius (*y*): id quod [26] peccetur [27] in hominem [28], septuagies [et] [29] septies relaxandum, ut ostendat alias uel semel posse. Tamen [30] qui in Petrum peccat dominum [1] (*z*) laedit, sicut ad Samuel ipse significat (*a*): »non te nullius momenti fecerunt, sed me.« Conceditur ergo uel semel ecclesiae quod nobis ipsis totiens imperatur.

XIII. Nunc ad erraticam ouem *et* [2] drachmam [2*] illam et adolescentiorem (*b*) filium reuertamur (*c*). Quae ego exempla cum strictim scripto priore tetigissem, tu plena (*d*) repetisti, edocens et ostendens drachmam et ouem et filium minorem ad publicanos et peccatores, hoc est humilem populum, non ad christianae plebis imaginem, nec ad formam (*e*) fidelium pertinere. Gratulor me doceri, intellectum (*f*) uero non esse [3] moleste fero. Nam quid asseram (*g*) »ea (*h*), quaecumque lex dicat, his qui sub lege sunt dicere«? Vtique et hoc principaliter ad priores [4] dictum esse consentio, sed in forma fidelium, sed in imagine [5] futurorum, sicut apostolus dicit (*k*):

---

[26] id quod *e ras. P.* [27] peccetur *PR.* peccatur *edd.*. [28] hominem *edd.*. homine *PR.* [29] et *deleui ego.* [30] *aliquid est erasum inter* a *et* m *P. In margine crucem hoc loco habet P.* [1] dominum *P.* deum *R.* [2] et *PR. om. edd.*. [2*] dragmam *P.* [3] adesse *Tilius.* [4] priores *corr. ex* priore, *aut ex alia qua lectione, quae distingui non iam potest R.* [5] *inter* i *et* m *rasuram habet P.*

(*y*) inferius] us. 22.

(*z*) „dominus et deus perpetuo confunduntur errore" v. d. Vliet, Tert. p. 37.

(*a*) 1 Reg. 8. 7. cf. Tert. adu. Marc. IV. 24 (O. II. 224).

(*b*) adolescentior filius] quem mox minorem uocat.

(*c*) reuertamur] scil. ad ep. I. 5 med.

(*d*) plena] cf. c. 11: „ad plenum."

(*e*) forma] cf. ad ep. I. 6.

(*f*) intellectum] scil. me, quod non uidens pro subst. habuit Tilius.

(*g*) asserere] cf. ad c. 7 i. f.

(*h*) ea, quaecumque cet.] Rom. 3. 19. cf. c. 8.

(*i*) priores] scil. Iudaei qui erant sub lege, quorum nos pars sumus.

(*k*) 1 Cor. 10. 11. cf. Tert. adu. Marc. V. 7 (O. II. 295). adu. Prax. 16 (O. II. 675). de cultu fem. II. 9 (O. I. 728). ad correptionem cf. c. 14: „nam si omnia illa ad commonendos nos scripta sunt" cet.

»haec autem in figura [6] contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum deuenerunt«, et iterum (*l*): »quae omnia umbrae illis [7] erant futurorum bonorum.« Certe ipse annuis ad publicanos et peccatores, hoc est humilem populum et ideo [8] iuniorem illa dictata [9]. Dic ergo: an populus christianus ipse est iunior? an in radicem cohaeserit? an <in>[10] illa membra compegerit? »Aedificatus« ut scriptum est (*m*) »in fundamentis apostolorum et prophetarum et ipso [11] angulari lapide Iesu Christo [12].« »An Iudaeorum (*n*) deus tantum? Nonne et gentium? Immo et gentium [13]. Siquidem unus deus, qui iustificat impium (*o*) ex fide [14] et *acrobystiam* per fidem.« Certe ille humilis populus, quem *dominus* [15] filio minori [16] et drachmae et ouiculae conferebat, ecclesia fuit, *unde apostoli* [17], unde omnis turba credentium, unde populus christianus. Huic *ergo* [18] corpori nostra etiam membra coniuncta sunt et totae credentium [19] portiones (*p*), ut in bonam oliuam ex oleastro gentium conuenirent (*q*), sicut apostolus dicit (*r*): »participes pinguedinis

[6] in figura *corr. ex* figurae *R.* [7] umbrae illis *PR.* illis umbrae *edd.*. [8] ideo (ī͞o) *e ras. P.* [9] dictata ctata *man. 2., ras. non reperitur P.* [10] in *inseruit Latinius.* [11] ipsi *R.* [12] Iesu Christo *PR.* Christo Iesu *edd.*. Christo *e ras. P.* [13] gentium *corr. e* gentilium *R.* [14] ex fide et agrobestiam *P.* ex fide et acrobystiam *corr. ex* agro bestiam *R.* acrobystiam *om. edd.*. „*deest pars sententiolae exolescentibus literis*" *in margine Tilius.* [15] dominus *pro* deus *ego.* [16] drachmae, filio minori *edd.*. *secutus sum lectionem codicum.* dragme *P.* [17] unde apostoli *PR. edd.*. *om. Migne.* [18] ergo *PR. om. edd.*. [19] credentium *supra* corpori (credentium / corpori) *scripsit man. 2. P.*

(*l*) Hebr. 10. 1.
(*m*) Eph. 2. 20. cf. c. 2.
(*n*) Rom. 3. 29, 30.
(*o*) impium] expectaueris circumcisionem uel peritomen, cf. tamen ep. III. 21.
(*p*) portiones] cf. ad ep. II. 7.
(*q*) ut in bonam oliuam ex oleastro gentium conuenirent] cf. Rom. 11. 17, 24. Tert. praescr. haer. 36 i. f. (O. II. 34 sq.): „etiam de oliuae nucleo mitis et opimae et necessariae asper oleaster oritur, etiam de papauere

eius effectae [20] atque ita »unum omnes essemus (*s*) in Christo Iudaeus et Graecus, seruus [21] et liber.« Si ergo cum illis humilibus unum corpus sumus, dicta sunt et ad nos quae ueterum humiles audierunt, atque ita omni corpori nuntiatum est quidquid [22] de corporis parte praedicatum [23] est.

XIV. Dicam *adhuc* [24] planius: ille posterior populus, ille pauper, ille mediocris imago [25] ecclesiae fuit, anima humilis et modesta, anima liberata per Christum. Hanc uenit dominus saluam facere (*t*), hanc apud inferos non reliquit [26]; haec est ouis (*u*) illa quae humeris [27] reportatur, id est nisu [28] et uigore *paenitentiae* [29]. Haec est drachma [30] quae quaeritur et uicinis inuenta monstratur. Vides formam (*v*) eius similitudini (*w*) paenitentium conuenire? Vides (*x*) misericordiam usque ad hoc tempus extendi? Vides quaecumque nascenti [1] ecclesiae dicta [2] sunt ad plenitudinem ecclesiae pertinere? Inde dominus adiecit (*y*): »sic erit gaudium in caelo super uno [3]

---

[20] *post* effectae *man. 2. in calce lineae scripsit* r *P.* [21] seruus uus *e ras. P.* [22] quicquid *P.* [23] praedicatum *edd.*. praedictum *PR.* [24] adhuc *PR. edd.. om. Migne. e ras. P.* [25] imago go *e ras. P.* [26] reliquit *prior* i *e ras. P.* [27] humeris h *suprascr. R.* [28] nisu *corr. e* nisi *R.* [29] paenitentiae *P. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 194.* patientiae *R. edd..* [30] dragma *P.* [1] nascenti ecclesiae *PR.* ecclesiae nascenti *edd..* [2] dicta i *et* a *e ras. P.* [3] uno peccatore .... agente *pro* unum peccatorem .... agentem *ego.*

---

ficus gratissimae et suauissimae uentosa et uana caprificus exurgit. Ita et haereses de nostro frutice, non nostro genere, ueritatis grano, sed mendacio siluestres."

(*r*) Rom. 11. 17.

(*s*) Gal. 3. 28.

(*t*) saluam facere] inf. consilii siue finalis haud raro apud ecclesiae auctores reperitur. cf. bapt. 6 in., ubi eadem uerba redeunt. Tert. adu. Iud. 8 (O. II. 715): „exiui imbuere te intellegentia." Oehl. ad Tert. apol. 39 (O. I. 266). Rönsch, It. u. Vulg. p. 447. Blokhuis p. 23.

(*u*) ouis .... drachma] cf. Tert. paen. 8 (O. I. 658 sq.). Pac. ep. I. 5. Cypr. ep. 55. 15 (Hart. II. 634).

(*v*) forma] cf. ad ep. I. 6.

(*w*) similitudo] = figura, parabola. cf. ad ep. I. 6.

(*x*) uides] cf. ad c. 10.

(*y*) Luc. 15. 7. cf. Cypr. ep. 55. 22 (Hart. II. 640). (Cypr.). de dupl. mart. 21 (Hart. III. 234).

peccatore paenitentia agente quam (*z*) super (*a*) nonaginta nouem (*b*) iustis [4], quibus non fuit opus paenitentia.«

Nam si omnia illa ad commonendos nos scripta sunt, cui tandem populus ille peccator humilis comparabitur nisi populo paenitenti? Ac si figuris in ordinem recurrentibus nonaginta nouem sanae [5] omnis ecclesia est, una uero erratica (*c*) delinquentium portiuncula (*d*) est, drachma [6] quae periit miser ille peccator est, rediens post mala sua filius redempto (*e*) illi similis aestimatur, — iam recte a me positum uides, cum de paenitentium curatione (*f*) tractarem, dixisse dominum (*g*): »non est opus sanis medicus [7], sed male habentibus«, recte et illud (*h*): »beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur.« Quidquid [8] de publicanis et peccatoribus dictum est, ad aegros omnes et omnes miseros pertinebit.

XV. De solis ais scriptum esse martyribus: »beati lugentes«. Nemo ergo praeter illos peccata sua plangit (*i*)?

---

[4] iustis *PR. edd.*. iustos *Migne.* [5] sanae *edd.*. sani *PR. Tilius.* [6] at drachma *Tilius.* ac drachma *edd.*. dragma *P.* [7] medicus *PR.* medico *edd.*. [8] quicquid *P.*

(*z*) quam] de uocabuli magis uel maius ellipsi cf. ad ep. II. 6: „quid aliud uelint nisi uincere quam placere?"

(*a*) super] cf. ad c. 4 i. f..

(*b*) nonaginta nouem iusti] quos sanos uocat Cypr. ep. 55. 15 (Hart. II. 634): „adscribetur nobis in die iudicii nec ouem sauciam curasse et propter unam sauciam multas integras perdidisse; et cum dominus relictis nonaginta nouem sanis unam errantem et lassam quaesierit et inuentam umeris suis ipse portauerit, nos non tantum non quaeramus lassos, sed et uenientes arceamus" cet.

(*c*) erratica] = erronea, Tert. pat. 12 (O. I. 608 i. f.). Vet. Gloss.: „erroneus, ἀλήτης, πλάνος." cf. Sen. de ben. 6. 11. 2 (opp. assiduus). Col. 7. 12. 5. Hieron. in Mich. 4. 1 sqq. (Migne p. 1246). Apul. de dogm. Plat. 1. 10: „ceterae stellae, quas non recte erroneas et uagas dicimus."

(*d*) portiuncula] cf. ad ep. II. 7. Talia deminutiua ex Tertullianeo sermone collegit Oehl. ad Tert. de ieiun. 9 in. (O. I. 863).

(*e*) redimere] cf. c. 9 i. f..

(*f*) de paenitentium curatione] cf. c. 24 i. f. paraen. 1 in..

(*g*) Matth. 9. 12. cf. ad ep. I. 5. Marc. 2. 17. Luc. 5. 31.

(*h*) Matth. 5. 5. cf. Tert. pat. 11 (O. I. 607). Cypr. test. III. 6 (Hart. I. 119). (Cypr.) de dupl. mart. 38 (Hart. III. 245).

(*i*) plangere] cf. Cypr. ep. 56. 2 (Hart. II. 649). Ioann. 16. 20.

Non (*k*) Dauid clamat (*l*): »lauabo per singulas noctes lectum meum«, et iterum (*m*): »quoniam cinerem sicut panem *edebam* [9] et potum meum cum fletu miscebam«? Non Iacob dicit (*n*): »anni uitae meae durissimi«? Non apostolus ad Timotheum (*o*): »desiderans te uidere, memor lacrimarum tuarum«? Nec tamen (*p*) hoc de [10] martyre loquebatur. Quid nunc? Miseri paenitentes siccos habent oculos et qui peccasse se dolent flere non norunt? Ipsi communicantes, ipsi fideles lacrimas [11] non habemus? Quempiam nostrum gaudente mundo (*q*) gaudere delectat [12]? Vos Nouatiani »iam (*r*) satiati estis, diuites facti estis, sine nobis regnare (*s*) coepistis [13]?« Non ergo <ut>[14] quisque miserabilis est, ita incipit esse miserandus? Post haec proponis et dicis (*t*) scriptum esse per dominum (*u*): »omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus; qui autem in spiritum sanctum peccauerit, non dimittetur (*v*) ei neque hic (*w*) neque in futuro [15].« Aut ego fallor aut istud exemplum contra te

---

[9] edebam *Bibl. patr. max. Lugd. IV. p. 312. D.* edidi *PR.* edi *edd.*. [10] de *inseruit man. 2. P.* [11] *inter* lacrimas *et* non *est rasura P.* [12] delectatur *P.* [13] cepistis *P.* [14] ut *inseruit Tilius.* [15] in futuro *edd. Vulg.* in futurum *PR.*

(*k*) non] pro nonne. cf. ad ep. I. 5.
(*l*) Ps. 6. 7. cf. ep. I. 5.
(*m*) Ps. 101. 10. cf. Tert. de ieiun. 9 (O. I. 864).
(*n*) Gen. 47. 9?
(*o*) 2 Tim. 1. 4.
(*p*) nec tamen] cf. ad ep. I. 4 in..
(*q*) mundus] = saeculum. cf. Tert. apol. 26 in. (O. I. 225). (Cypr.) de sing. cler. 30 (Hart. III. 206). (Cypr.) carm. I. 26 (ib. 284).
(*r*) 1 Cor. 4. 8. cf. Tert. ieiun. 12 in. (O. I. 869). pud. 14 (O. I. 821). (Cypr.) de sing. cler. 4 (Hart. III. 177).
(*s*) regnare] cf. ep. I. 5.
(*t*) et dicis] num scholium?
(*u*) Matth. 12. 31, 32. cf. infra. (Cypr.) de aleat. 10 (Hart. III. 102). Cypr. test. III. 28 (Hart. I. 142).
(*v*) dimittere] pro remittere. cf. c. 11 in loco Ioannis. c. 15 i. f. Tert. adu. Marc. IV. 10 in. (O. II. 177) et saepius.
(*w*) hic] = in hoc saeculo, ut praebet Vulg.. „in isto saeculo" Cypr. ll., quare lectionem edd. secutus sum.

ualet. Nam si omne peccatum et blasphemia relaxabitur (*x*), uides ueniam paenitentibus non negari. Habes additum [16] secundum Lucam [17] (*y*): »et *qui* [18] in filium hominis peccauerit, remittetur ei,« *ergo omne peccatum, ergo ipsa* [19] *quoque blasphemia* [20]. Quid hoc amplius de misericordia [21] dei, de clementia iudicantis (*z*)? An [23] (*a*) inuidet oculus tuus, quia bonus est pater familias? Non licet illi facere quod uult? Quin immo »tu (*a**) quis es qui iudicas [24] seruum? Domino suo stat [25] aut cadit; potens est autem deus statuere illum.« »Sed (*b*) qui in spiritu sancto [26] blasphemauerit« ais [27] »non remittetur ei.« Soles totas percurrere lectiones, cur hic non legisti quid sit istud »in spiritu«? Habes (*b**) suprascriptum [28] *quod* [29] (*c*), cum dominus daemonia uerbo fugaret

[16] additum *exp. priore* d *R.* aditum *Tilius.* [17] Lucanum *R.* [18] qui *om. Migne.* [19] ipsa *corr. ex* ipsam *R.* [20] ergo omne peccatum, ergo ipsa quoque blasphemia *in codd. et edd. leguntur post* paenitentibus non negari. *transposui ego.* [21] misericordia (mia) a *est corr. P.* [23] an *ego.* aut *PR.* an non *edd..* [24] iudicas *edd..* iudices *PR.* [25] stat aut cadit *edd..* stet aut cadat *PR.* [26] *„lectio ecclesiae habet:* spiritum sanctum" *in margine Tilius.* [27] ais *Migne.* ait *PR. edd..* [28] suprascriptum, a *add. man. 2. P.* [29] quod *PR. om. edd..*

(*x*) relaxare] cf. ad ep. I. 6.

(*y*) Luc. 12. 10. cf. Tert. adu. Marc. IV. 28 (O. II. 235 i. f.).

(*z*) quid hoc amplius .... iudicantis] locus corruptus esse uidetur. Suspiceris excidisse expectas uel postulas.

(*a*) an] scripsi coll. loco Matth. 20. 15, ad quem respicit Pacianus.

(*a**) Rom. 14. 4. cf. Tert. de ieiun. 15 (O. I. 875). pud. 2 (O. I. 794). Cypr. test. III. 21 (Hart. I. 139). ep. 55. 18 (Hart. II. 637). (Cypr.) ad Nouatian. 12 (Hart. III. 62). (Cypr.) de sing. cler. 36 (ib. 211).

(*b*) Matth. 12. 32. cf. supra.

(*b**) habes suprascriptum] cf. supra: „habes additum."

(*c*) quod] e codd. reuocaui, nam interdum quod legitur sequente acc. c. inf.. cf. Cypr. ep. 53 (Hart. II. 620): „certi sumus, te quoque nobiscum pari uoto congaudere, quod nos .... cum Cornelio .... pacem fecisse." (Cypr.) de mont. Sina et Sion 12 (Hart. III. 116): „diximus enim montis sancti Sion quod lignum regalem et sacrum habere interpretationem" cet.. Idem ualet de uoc. quia, de quo cf. ad ep. II. 2 i. f.: „quia nec Valentinis si a Valentino .... uocarentur, imputari solere." Itemque ut cum acc. c. inf. legitur apud Cypr. sent. ep. 73 (Hart. II. 458): „et ideo dico ut si quid aput haereticos motum aut factum fuerit, rescindi debere et eos qui inde ueniunt, in ecclesia baptizandos esse." sent. ep. 4 (Hart. I. 438).

et uirtutes multas *spiritali* [30] (*c**) uigore (*d*) compleret, dixisse Pharisaeos (*d**): »hic non expellit daemonia nisi in (*e*) Beelzebub [1] principe [2] daemoniorum,« hoc est in spiritum sanctum deliquisse [3], in ea blasphemasse quae per spiritum sanctum [4] gerebantur. In ceteris quippe peccatis aut errore labimur aut metu frangimur aut carnis infirmitate superamur. Haec caecitas est non uidere quod uideas et sancti spiritus opera diabolo deputare (*f*) eamque gloriam domini, qua diabolus ipse superatur, diaboli appellare uirtutem [5]. Hoc est ergo quod non dimittetur, reliqua bonis paenitentibus, frater Symproniane, donantur (*g*).

XVI. Post haec de sarmentis [6] et uite [7] proponis sic: Ait [8] dominus apud Ioannem (*h*): »ego sum uitis [9] uera et pater meus agricultor est. Omne sarmentum in me quod non affert fructum, tollet [10] illud, et omne fructiferum, purgabit illud.« Vides igitur in sarmentis fructum requiri, id est bona opera paenitentiae, sicut Ioannes ait (*i*): »facite

---

[30] spāli *PR.* spiritali *ego.* speciali *edd.*. [1] behelzebub *P.* [2] principe *corr. e* principem *R.* [3] delinquisse *exp. litt.* n, *ras. in fine P.* [4] spiritum sanctum *P.* sanctum spiritum *R. edd.*. [5] uirtutem uirtu *e ras.*, *item ras. supra litt.* e *P.* [6] sarmentis r *e ras. P.* [7] uite e *e ras. P.* [8] ait a *e ras. P.* proponis. Sic ait, *Tilius.* [9] uitis *pro uocab. eraso P.* [10] tollet *corr. e* tollit *R.*

(*c**) spiritali] scripsi, nam spāli, quod habent codd., abbreuiatio est et uocabuli speciali et spiritali. cf. Wattenbach, Lat. Pal. p. 82.

(*d*) uigor] cf. c. 14: „nisu et uigore paenitentiae."

(*d**) Matth. 12. 24.

(*e*) in] pro instrumentali. cf. ad ep. I. 5.

(*f*) deputare] = putare, censere, addicere, cum praep. ad uel cum dat. = referre, tribuere, assignare, adscribere. Verbum est apud Tert. frequentissimum, cum uariis structuris. Exempla collegit Oehl. ad Tert. idolol. 4 (O. I. 70). Cypr. ep. 55. 9. (Hart. II. 630). de bono pat. 7 (Hart. I. 402). Praeterea cf. v. d. Vliet, Tert. p. 20. Rönsch, It. u. Vulg. p. 358. Blokhuis p. 136 sq. et Kühner ad Cic. Tusc. 27. 65.

(*g*) donare] = condonare. cf. ad ep. I. 7.

(*h*) Ioann. 15. 1, 2. cf. Tert. adu. Prax. 25 (O. II. 688). (Cypr.) de mont. Sina et Sion 14 in. (Hart. III. 117).

(*i*) Matth. 3. 8. cf. Tert. pud. 10 (O. I. 814).

ergo fructum dignum (*k*) paenitentiae.« Vides sarmenta [11] purgari, quae sunt detrimenta carnis (*l*), damna laetitiae, damna patrimonii, uitae labores; qui actus proprie paenitentium *est* [12]. Vides etiam *agricultorem deum* [13] qui ipsa etiam sarmenta non perdat, sed purget et colligat, aliqua plane in ignem [14], aliqua nouellandis [15] (*m*) pastinandisque (*n*) uineis [16]. Eli sacerdos, ais, loquitur et dicit (*o*): »si uir in uirum peccauerit, orabunt pro eo, si autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo?« Ioannes itidem (*p*): »si quis scit peccare fratrem suum peccatum non *usque* [17] ad mortem, postulabit pro eo et dabit illi uitam deus. est autem peccatum quod ad mortem ducit, non pro illo dico ut depreceris« (*q*).

---

[11] samenta *R.* [12] est *PR. Tilius.* sunt *edd.*. [13] agricultorem deum *PR.* agriculturam domini *edd.*. agricultorem domini *Tilius.* [14] ignem *P. edd.*. igne *R.* [15] nouellandis e *e ras. P.* [16] uineis *R. edd.*. uinetis *P.* [17] usque *PR.* utique *edd.*.

(*k*) dignus] c. dat.. cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 412 sq..

(*l*) quae sunt detrimenta carnis] manifesto pertinet ad opera paenitentiae, neque ad sarmenta. Locum igitur corruptum esse suspicor.

(*m*) nouellare] = nouum agrum colere, seu nouas uites pangere ubi ante non erant. cf. Suet. Dom. 7: „edixit ne quis in Italia nouellaret." Isid. quaest. in 4 Reg. 8. 1 et 3. Cypr. ep. 31. 7 (Hart. II. 563): „et in secretis cordis fidelis nouellandus et conserendus est animus." Metaph. = consecrare cf. Paul. Nol. carm. 21. 659: „nouellare uitam deo."

(*n*) pastinare] et pastinum, uerba in uitium cultura sollemnia. Pastinum describit Columella 3. 18. 1: „pastinum uocant agricolae ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Vnde etiam repastinatae dictae fuere uineae ueteres, quae refodiebantur. Haec enim propria appellatio restibilis uineti erat." cf. ib. 6. Isid. orig. 19. 15. Deinde pastinum uocatur ager ad uineam accipiendam paratus. cf. Pallad. 3. 9. 11, et de actione pastinandi cf. id. 2. 10. 1. Vid. Rich, dict. des antiq. grecques et rom. s. u..

Pastinare igitur est agrum fodiendo ad accipiendam uineam praeparare. cf. Colum. 3. 13: „nunc pastinandi agri propositum est rationem tradere. Ac primum ex omni siue arbustiuo siue siluestri loco, quem uineis destinauerimus, omnis frutex atque arbor erui et summoueri debet, ne postea fossorem moretur, neue iam pastinatum solum iacentibus molibus imprimatur, et exportantium ramos atque truncos ingressu proculcetur." cf. Marc. 12. 1.

(*o*) 1 Reg. 2. 25.

(*p*) 1 Ioann. 5. 16. cf. paraen. 4 i. f. Tert. pud. 2 (O. I. 796). 19 (ib. 838).

(*q*) deprecari] cf. ad ep. II. 8.

Vides hoc totum ad peccata manentia pertinere, non ad eos qui aliquando peccauerint et coeperint [18] paenitere antequam quisquam pro illis roget (*r*). Longum est ut exempla replicemus (*s*). Attende uniuersa peccata quibus dominus comminatur, iam uidebis esse praesentia (*t*). Quod si (*u*) non proderit iusto in tempore iniquitatis suae praeterita iustitia, non oberit impio in tempore iustitiae [19] suae iniquitas derelicta, cum scriptum sit (*v*): »relinquat impius uias suas, et uir facinorosus cogitationes suas et conuertatur [20] ad deum, et misericordiam consequetur.« Quodsi deus etiam praeterita peccata [21] puniuit *deque* [22] transactis [23] et praetermissis poenam suppliciumque constituit, age, non habet in sua potestate mutare sententiam? Non Rahab [24] (*w*), non Nabuchodonosor (*x*) regem, non Gabaonitas (*y*), non Niniuitas (*z*), non Segor (*a*) a praedicto [25] interitu liberauit? Non per ipsum Ioel [26] uates haec intulit (*b*): »conuertimini ad dominum deum uestrum simulque ieiunio et fletu et planctu,

[18] ceperint *P.* [19] *inter* iusticie *et* sue *aliquid erasum habet P.* [20] conuertatur *R. edd.*. reuertatur *P.* [21] praeterita peccata *PR.* peccata praeterita *edd.*. preterita *priorem* r *add. man. 2. P.* [22] deque *Latinius.* de quo *PR. edd.*. [23] transactis s *suprascr. P.* [24] raab *P.* [25] *inter* praedicto *et* interitu *erasum aliquid habet P.* [26] iohel *P.*

(*r*) rogare] cf. Cypr. ad Fort. 4 (Hart. I. 324): „Moyses in Exodo pro populo rogat nec impetrat" cet.. de laps. 24 (Hart. I. 254). 29 (ib. 258). 32 (ib. 261). ep. 55. 29 (Hart. II. 647) et saepissime.

(*s*) replicare] = euoluere, repetere. cf. Cic. Sull. 9. 27.

(*t*) praesentia] scil. exempla.

(*u*) quodsi cet.] alludit ad Ezech. 18. 24.

(*v*) Es. 55. 7. cf. ep. I. 5. Cypr. test. III. 11 (Hart. I. 122).

(*w*) Rahab] cf. Ios. 6. 25.

(*x*) Nabuchodonosor] cf. Dan. 4. 34. Pac. paraen. 9. i. f.. Tert. paen. 12 (O. I. 664).

(*y*) Gabaonitas] cf. Ios. 9. 26.

(*z*) Niniuitas] cf. Iona 3. 10. Tert. de ieiun. 7 (O. I. 861). adu. Marc. IV. 10 (O. II. 177 i. f.). II. 24 (ib. 113). V. 11 (ib. 306). (Cypr.) ad Nouat. 12 (Hart. III. 62 in.). id. carm. 3. 7 sqq. (Hart. III. 297 sq.).

(*a*) Segor] cf. Gen. 19. 21.

(*b*) Ioel. 2. 12—14. cf. ep. I. 5. ep. III. 21.

quia misericors est *et* [27] patiens et *magnanimus* [28] et [29] multae [30] miserationis et paenitens in malitiis [1]. et quis scit si reuersus [2] paenitebitur et relinquet [3] post se benedictionem?« Quare sicubi constitutam peccantibus poenam probaueris, hoc tenebis, aut peccatis perseuerantibus constitutam aut libertatem deo relictam mutandae [4], si paeniteas, ad meliora sententiae.

XVII. Ais adhuc scriptum (*c*): »quodsi manus tua uel pes tuus scandalizauerit te, abice eum abs te.« Quid sit hoc, Moyses Deuteronomio testificante praedixit (*d*): »si autem precatus fuerit te frater tuus (hi sunt enim *nostri* [5] oculi et manus nostrae) aut filia tua aut uxor tua quae est in sinu tuo, aut aequalis animae tuae dicens: »eamus et seruiamus diis quos non noueras,« deinde adiecit inferius (*e*): »deferes eum et manus tua erit super ipsum ad occidendum eum.« Vides ergo non de paenitentibus dictum, sed [6] de his qui non solum ipsi in facinore perseuerant, uerum etiam [in] [7] nos scandalizare (*f*) non desinunt. Hi [8] quamlibet *carissimi* [9], relinquendi, quamlibet utiles, deserendi sunt.

Proponis adhuc dixisse apostolum Paulum (*g*): »auferte malum ex uobis ipsis,« malum utique (*h*) perseuerans. Ceterum (*i*)

---

[27] et *PR. Tilius. om. edd.*. [28] magnanimus *PR. edd.*. longanimus *Migne.* [29] et *add. man. 2. P.* [30] multe e *e ras. P.* [1] maliciis *P.* [2] reuersus *prior* r *e ras. P.* [3] relinquet *altera* e *e ras. P.* [4] *inter* mutandae *et* si *aliquid est erasum P.* [5] nostri *P. om. R. edd.*. [6] sed *e ras. P.* [7] in *PR. deleui eum edd.*. [8] hic *P.* [9] carissimi (kr̄mi) *P.* cari sint *R.* sint *om. P.*

(*c*) Matth. 5. 29. cf. Tert. idolol. 7 (O. I. 75).
(*d*) Deut. 13. 6. cf. Tert. scorp. 2 (O. I. 501). Cypr. ad Fort. 5 (Hart. I. 325).
(*e*) Deut. 13. 9.
(*f*) scandalizare] = offendere. cf. Matth. 5. 29 apud nostrum c. 17 in.. Praep. in, quam habent codd., irrepsit e us. praecedenti. cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 249.
(*g*) 1 Cor. 5. 13. cf. (Cypr.). de aleat. 19 i. f. (Hart. III. 96). Tert. adu. Hermog. 11 (O. II. 349).
(*h*) utique] = scilicet. cf. ad ep. II. 8.
(*i*) ceterum] = sed. cf. ad ep. II. 6.

paenitentia malum non est, cum Dauid dicat (*k*): »bonum est exomologesin facere deo.« Nec tamen (*l*) mecum est ille *qui non* [10] paenitet (*m*), nec parte sanctorum [11], nec pace [12] (*n*) coniungitur. Sed dicit apostolus (*o*): »si quis frater nominatur et sit aut fornicator aut simulacris seruiens aut auarus aut maledicus aut *ebriosus* [13] aut rapax, cum eiusmodi (*p*) nec (*q*) cibum sumere.« Vides non sine causa positum [14] »et sit«, id est qui [15] necdum paeniteat, qui necdum improbus esse desierit. Et certe de auaris et ebriosis et maledicis simul dictum est. Responde, frater, an nullus eiusmodi uestra pace teneatur? Ergo inde est et quod per Esaiam [16] deus clamat (*r*): »simul iniqui et peccatores peribunt,« non paenitentes, non misericordiae opera procurantes, quibus apud eundem rursus Esaiam deus dicit (*s*): »et si fuerint peccata uestra ut phoenicium [17] (*t*), ut niuem dealbabo, et si ut coccum, ut lanam candidam efficiam« [18].

[10] qui non paenitet *ego*. qui paeniteat *R*. quem non paenitet *P*. quem paenitet *edd*.. [11] partes anctoram *R*. parti sanctorum *P*. [12] paci *P*. [13] ebriosus *P*. ebrius *suprascr*. os *R*. ebrius *edd*.. [14] positum *PR*. esse positum *edd*.. [15] qui *R*. quem *P*. [16] esasiā *exp*. *altera* s *P*. [17] fenitiū *P*. [18] efficiam *PR*. ea efficiam *edd*..

(*k*) Ps. 91. 2. cf. ad ep. I. 5.

(*l*) nec tamen] cf. ad ep. I. 4 in..

(*m*) paenitere] personale usurpatum. cf. c. 8: „quis suasit, ut qui ante paenituerit, postea paenitere non debeat?" ib. i. f.: „hoc ergo baptisma uiolauerant et ideo paenitebant." cc. 22, 24. Deponens paeniteri (cf. c. 16 i. f.) in Vulgata bis legitur, scil. Marc. 1. 15 et Act. apost. 3. 19. Ib. 2. 38, ubi Vulg. habet paenitentiam agite, Cypr. ep. 73. 17 (Hart. II. 791) scribit paenitemini. Itemque Tert. paen. 4 in. (O. I. 649) laudat „paenitere et saluum faciam te" ex Ezech. 18. 21. ubi tamen non ad litteram eadem leguntur. cf. Apoc. 2. 21 apud Cypr. ep. 55. 22 (Hart. II. 639). (Cypr.) adu. Iud. 8 (Hart. III. 142). ad Nouat. 13 (ib. 63). et ib. i. f.. Vid. Rönsch, It. u. Vulg. p. 303.

(*n*) pax sanctorum] cf. c. 18 med..

(*o*) 1 Cor. 5. 11. cf. Tert. ad ux. II. 3 (O. I. 687) pud. 18 (O. I. 833). adu. Marc. IV. 9 (O. II. 174). (Cypr.) de aleat. 4 (Hart. III. 96).

(*p*) eiusmodi] cf. ad ep. I. 5 s. f..

(*q*) nec] et necdum (us. 8). cf. ad c. 11 i. f..

(*r*) Es. 1. 28. Vulg.: „et conteret scelestos et peccatores simul."

(*s*) ib. 18. cf. Apoc. 1. 14. Tert. adu. Marc. IV. 10 (O. II. 176). scorp. 12 (O. I. 529). Cypr. test. I. 24 (Hart. I. 59).

(*t*) phoenicium] roseum, russeum uocat Tert. l.l.

XVIII. *Tamen, ais* [19], apostolus condemnauit errantem, nam ad Corinthios prima ita dicit (*u*): »ipse ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu iam iudicaui eum qui tale facinus admisit; in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis omnibus uobis [20] in uirtute dei, tradere eiusmodi (*v*) satanae [21] in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini.« Nota, frater, primum quod non damnat eos cum quibus iste communicat (*w*): solus ipse qui tale facinus admiserat, satanae [22] traditur [23], solus excluditur salua pace sanctorum (*x*). <Vos>[24] omnes ecclesias pro uno peccatore damnatis? Deinde uides quod hic ipse peccator incestus (*y*) non morti [25] traditur, sed [26] satanae, ad emendandum (*z*), ad colaphizandum [27] (*a*), ad paenitendum. Denique [28] ait »ad interitum carnis«, non tamen animae, non *et* [29] spiritus, sed ad solius carnis interitum, temptationem [30] scilicet carnis, angustias (*b*), detrimenta membrorum, sicut alibi de intemperantibus dicit (*c*): »tribulationem autem carnis pa-

[19] tamen ais *PR.* attamen, ut ais, *edd.*. [20] omnibus uobis *PR.* uobis omnibus *edd.*. [21] sathane *P.* [22] sathane *P.* [23] traditur i *e ras. P.* [24] uos *inserui cum edd.. om. PR.* [25] morti *corr. e* morte *R.* [26] sed *e ras. P.* [27] colafizandum, col *e ras. man. 2. P.* [28] denique *R. edd.*. deinde *P.* [29] et *PR.* etiam *edd.*. [30] temptationem *PR.* tentationes *edd.*.

(*u*) 1 Cor. 5. 3—5. cf. Tert. adu. Marc. V. 7 (O. II. 293). pud. 2 (O. I. 795). 13 (ib. 820). 20 i. f. (ib. 841).

(*v*) eiusmodi] cf. ad ep. I. 5 i. f..

(*w*) communicare] cf. ad c. 6 i. f..

(*x*) salua pace sanctorum] cf. c. 17 med..

(*y*) incestus] opp. integer, intactus (c. 21 in.).

(*z*) emendare] sic emendatio usurpatur = poena. cf. Tert. apol. 46 (O. I. 283). de spectac. 19 (O. I. 51) adu. Marc. V. 12 (O. II. 312).

(*a*) colaphizare] cf. 2 Cor. 12. 7. Tert. adu. Marc. V. 12 (O. II. 312). fug. in pers. 2 (O. I. 467). Donat. ad Ter. Andr. 2. 1. 46.

(*b*) angustiae] de uerbo angustare s. angustiare cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 162.

(*c*) 1 Cor. 7. 28. cf. Tert. exhort. cast. 4 (O. I. 743): „uerumtamen huiusmodi pressuram carnis habebunt." ad ux. I. 7 (O. I. 679). pud. 16 (O. I. 828).

tientur *huiusmodi.*« [1] Vis scire? [2] (*d*) In secunda Corinthiorum hunc ipsum impium idem Paulus absoluit; nam de ipso ait (*e*): »sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio ea quae fit a pluribus; *ita* [3] ut e contrario magis donetis (*f*) et consolemini, ne forte maiore tristitia absorbeatur [4] (*g*) qui eiusmodi est; propter quod obsecro uos, ut constituatis in eum caritatem.« Item infra (*h*): »si cui autem [5] aliquid donastis, et ego, nam et ego quod donaui, propter uos in persona Christi, ut non possidea*mur* [6] a satana [7].« Vides apostoli indulgentiam, proprias etiam sententias temperantem. Vides mitissimam lenitatem longe a uestro supercilio (*i*) separatam, longe a Nouatiani fronte (*k*) dissimilem, communi uero uitae ac saluti omnium consulentem.

XIX. At etiam in nos seuerus censor inueheris. Dicis ex lege caelesti unum ex mandatis soluere non licere nec communicare (*l*) lupis agnos et, quod omnis <malorum> [9] consensus (*m*) in crimine [10] sit, ideo [11] (*n*) »qui picem tetigerit, inquinetur«, »nec (*o*) sit ulla societas luci [12] ad tene-

---

[1] huiusmodi *PR.* eiusmodi *edd..* [2] uis scire *PR.* uis hoc scire *edd..* [3] ita *PR. om. edd..* [4] *inter* absorbeatur *et* qui *erasum est aliquid P.* [5] autem *R. edd. om. P.* [6] possideamur *PR. Tilius.* possideatur *edd..* [7] sathana *P.* [9] malorum *inserui ego.* [10] crimine *e ras. P.* [11] ideo *PR. Tilius.* et ideo *edd..* [12] luci *Migne.* lucis *PR. edd..*

(*d*) uis scire cet.] de toto loco cf. v. d. Vliet, Mnem. 1892. p. 278.
(*e*) 2 Cor. 2. 6—8. cf. Tert. pud. 13 (O. I. 817). 14 in. (ib. 820).
(*f*) donare] = condonare. cf. ad ep. I. 7.
(*g*) absorbeatur] = deuoretur (Tert.), καταποθῇ.
(*h*) 2 Cor. 2. 10. cf. ep. I. 7. Tert. pud. l.l..
(*i*) supercilium] = austera caperataque frons et inde = superbia, fastus noto iam apud ueteres usu.
(*k*) Nouatiani fronte] quam mox (c. 19) „inexorabilem" dicet. cf. ep. I. 5.
(*l*) communicare] cf. ad c. 6 i. f..
(*m*) malorum consensus] cf. infra: „nos consentimus malis, nos picem tangimus" cet.
(*n*) Eccli. 13. 1.
(*o*) 2 Cor. 6. 14, 15. cf. Tert. pud. 15 (O. I. 825). de spetac. 26 i. f. (O. I. 59). de idolol. 13 (O. I. 88). adu. Marc. V. 8 (O. II. 132). Cypr. test. III. 62 (Hart. I. 166). (Cypr.) de dupl. mart. 27 i. f. (Hart. III. 239).

bras aut templo dei cum idolis [13] aut conuentio Christi ad Belial« [14], ideoque Dauid dicat [15] (*p*): »furem uidebas et *con*currebas [16] cum eo, et cum [17] adulteris portionem tuam ponebas.« *Ain* [18] tandem? Nos domini mandata rescindimus (*q*)? Nos unum apicem (*r*) legis inflectimus, an potius [19] Nouatiani qui tota ecclesiae, tota concordiae iura uiolarunt, qui post tot pacis annos, tot foedera sanctitatis nouas sibi [20] leges, noua instituta [21] pepererunt, arcanum [22] iustitiae inexorabili fronte (*s*) simulantes? (*t*) Nos in ecclesiam lupos re*ci*pimus [23], qui haereticorum ora uitamus, an potius Nouatiani, qui, cum ipsi sint rapaces [24] lupi (*u*), paulo miseriores ouiculas [25] reformidant [26]? Nos consentimus malis, nos picem tangimus, nos tenebris cohaeremus, nos idolo et Belial [27] iungimur, an [28] illi qui Euaristum (*v*), qui Nicostratum receperunt [29] ceterosque ab ecclesia recedentes, lingua manu

---

[13] ydolis *P.* [14] beliab *R.* [15] dicat *PR.* dicit *edd.*. [16] concurrebas *PR. edd.*. currebas *Migne.* [17] cum *e ras. P.* [18] ain tandem? nos .... rescindimus? *ego.* ain tandem nos .... rescindimus *PR.* ain tandem quia nos .... rescindimus *edd.*. ais *pro* ain *Migne.* [19] inflectimus, an potius Nouatiani qui tota ecclesiae, tota concordiae iura uiolarunt *scripsi secutus Latinium*, *Migne.* aut nouatiani qui ecclesiae iura uiolarunt tota concordiae *PR.* inflectimus? Nouatiani, quia tota ecclesiae, tota concordiae, an potius iura uiolarunt *edd.*. [20] sibi *Tilius. Migne.* tibi *PR. edd.*. [21] nouos ritus *post* noua instituta *inserunt edd.*. [22] archanum *P.* [23] recipimus *P. edd.*. recepimus *R. Migne.* [24] ipsi sint rapaces *corr. ex* ipsis intra paces *R.* [25] ouiculas *suprascr. litt.* s *P.* [26] reformidant *corr. e* reformident *R.* [27] belie *PR.* [28] an *Migne.* aut *PR. edd.*. [29] reciperunt *R.*

(*p*) Ps. 49. 18. cf. Cypr. test. III. 68 (Hart. I. 169). ep. 63. 18 (Hart. II. 715). ep. 67. 9 (Hart. II. 743), quibus omnibus locis legitur concurrebas. Migne Vulgatam secutus est.

(*q*) rescindere] cf. ad ep. I. 7.

(*r*) apex] cf. c. 27 i. f.: „ad ipsos apices et uerba respondi." paraen. 5 in. Matth. 5. 18.

(*s*) inexorabili fronte] cf. ad ep. I. 5.

(*t*) simulantes] = mentientes. cf. ad ep. II. 8 in.: „saepe fiduciam mentitur audacia", et ad ep. III. 21.

(*u*) lupi rapaces] cf. Matth. 7. 15. Pac. ep. III. 21 i. f..

(*v*) Euaristum et Nicostratum] cf. c. 3 i. f..

moribus inquinatos [30]? Nos cum adulteris et furibus conuenimus, an illi qui Nouatum (*w*) uitae suae et capiti [1] praetulerunt, post interceptam (*x*) pecuniam pupillorum atque uiduarum, miseri parentis et partus uxoris parricidam, non modo non paenitentem, uerum etiam gloriantem? Verum Paulus apostolus dixit (*y*): »manus cito nemini imponas,« docet idem uel tarde uel post paenitentiam [2] non negandas [3] (*z*).

XX. Sed (*a*) perdita Iericho, Achar [4] (*b*) filius Carmi [5] propter furtum [6] uestis occisus est. Age, uos totos fures interficite pecuniarum nostrarum [7] atque liberorum [8] (*c*) et in Nouati ossa [9] saeuite. Iugum illud rursus accipite »quod (*d*) neque nos neque patres [10] nostri portare potuerunt.« Quid cessatis, Nouatiani, »oculum (*e*) pro oculo, dentem pro dente« deposcere, animam postulare, circumcisionis et sabbati redintegrare [11] commercium (*f*)? Necate fures, lapidate petulantes [12]. Nolite in euangelio legere quod [13] pepercerit dominus etiam adulterae (*g*) confitenti [14] quam [15] nemo damnarat,

---

[30] inquinatos *suprascr. litt.* s *P.* [1] capiti c *e ras. P.* [2] penitentiā *prior* e *e ras. P.* [3] negandas *altera* a *e ras. P.* [4] ahar *PR.* [5] charmi *P.* [6] furtum ur *e ras. man. 2. P.* [7] nostrarum *R. edd..* uestrarum *P.* [8] liberorum *pro* librorum *ego.* [9] innouati ossa *P. corr. ex* nouatiosa *R.* [10] patres *suprascr. litt.* s *P.* [11] reintegrare *P.* [12] petulantes *suprascr. litt.* s *P.* [13] quod *corr. e* quo *R.* [14] *inter* confitenti *et* quam *rasuram praebet P.* [15] quam ua *e ras. P.*

(*w*) Nouatum cet.] cf. c. 6 in..
(*x*) intercipere pecuniam] scil. dolo, latenter. cf. Suet. Dom. 17.
(*y*) 1 Tim. 5. 22. cf. Tert. bapt. 18 (O. I. 637). pud. 18 (O. I. 833).
(*z*) negare] cf. ad c. 4 i. f..
(*a*) sed] = at. cf. ad ep. I. 6 in..
(*b*) Achar] cf. Ios. 7. 25 sq..
(*c*) liberorum] scripsi nam pecuniam ecclesiae denegauerat, pupillos spoliauerat Nouatus. cf. c. 6 in. De libris interceptis nihil quicquam in Cypriano, Paciani fonte, inueni. cf. c 19 i. f..
(*d*) Act. 15. 10.
(*e*) Deut. 19. 21. cf. Tert. pat. 6 (O. I. 599): „nam olim et oculum pro oculo et dentem pro dente repetebant, et malum malo fenerabant."
(*f*) commercium] = usus communis, consuetudo.
(*g*) adultera confitens] cf. Ioann. 8. 11.

quod peccatricem (*h*) quae lacrimis pedes eius lauabat, absoluerit, quod Rahab [17] (*i*) apud ipsam Iericho urbem Phoenicum [18] liberarit [19], quod Thamarem (*k*) sententia [20] patriarchae [21] (*l*) absoluerit, quod Sodomis quoque pereuntibus Loth [22] filias (*m*) non extinxerit, liberaturus et generos, (*n*) si futurum excidium credidissent. Age, non tenes (*o*) dicere apud [23] Dauid dominum (*p*): »cum [24] his qui oderant [25] pacem *fui* [26] pacificus«? Salomonis quoque sententiam non tacere (*q*): »frater fratrem adiuuans exaltabitur?« Quid apostolus (*r*): »fratres, et si praeoccupatus [27] fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales [28] estis, instruite huiusmodi (*s*) in spiritu mansuetudinis, considerantes uosmet ipsos ne temptemini [29]. Inuicem onera uestra portate et sic adimplebitis legem Christi.« Et illud quod ante iam retuli (*t*):

---

[17] raab *P.* [18] Phoenicum *supra* c *litt.* i *scriptam habet*, phoenicium *igitur legens R.* feniculum *exp.* l *et altero ductu prioris* u, *quae igitur corr. est in* i *P.* [19] liberarit *PR.* liberauit *edd..* [20] sententia *PR.* a sententia *edd..* [21] partache i *scripta supra litt.* t *P.* [22] loth *PR.* Lothi *edd..* Loti *Migne.* [23] apud *add. man. 2. P.* [24] cum *corr. e* qui *R.* [25] oderant *PR.* oderunt *edd..* [26] fui *PR.* eram *edd..* [27] p̄ocupatus *supra* t *aliquid est erasum P.* [28] spiritales *R.* spāles *P.* spirituales *edd..* [29] temptemini *P.*

(*h*) peccatricem cet.] cf. Luc. 7. 37 sqq..
(*i*) Rahab] cf. c. 16 i. f. Ios. 6. 17, 25.
(*k*) Thamar] cf. Gen. 38. 6 sqq..
(*l*) patriarcha] est Iudas, Thamaris socer. cf. Gen. 38. 26.
(*m*) Loth filias] cf. Gen. 19. 15.
(*n*) generos si . . . credidissent] cf. Gen. 19. 14.
(*o*) tenes] = memoria tenes, meministi.
(*p*) Ps. 119. 7.
(*q*) Prou. 18. 19. Eodem modo locum biblicum laudat Cypr. ep. 55. 18 (Hart. II. 636). Vulg.: „frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma."
(*r*) Gal. 6. 1, 2. cf. ep. I. 5 i. f., quo loco Pacianus hisce uerbis locum biblicum exscribit: „uos qui spiritales estis, instruite eiusmodi . . . ., cauens ne et tu tenteris." ut et Cypr. test. III. 9 (Hart. I. 220). Pluralem tamen, ut nostro loco, praebet Cypr. ep. 55. 18 (Hart. II. 636): „in contemplatione habentes unusquisque, ne et uos temptemini." Vulg.: „considerans te ipsum, ne et tu tenteris." Nou. test. Graecum singularem habet.
(*s*) huiusmodi] cf. ad ep. I. 5 i. f..
(*t*) ep. III. 8. ep. II. 1.

»opto enim anathema esse in Christo pro fratribus [30] meis cognatis secundum carnem,« et iterum (*u*): »omnibus omnia factus sum, ut [1] omnes lucrifacerem,« hoc est cum uulneratis gemitus, cum aegrotantibus laborem [2], mortem cum moriente [3] partiri (*v*), casum fratrum cum statu suo posse miscere, aliquid de sua sanitate decidere [4] et [5] deficientibus (*w*) adhibere medicinam.

XXI. Quid uobis prodest superba et aspera fronte durari, altis *rigere* [6] (*x*) ceruicibus, uultus torquere *de* [7] (*y*) miseris, auditus oculosque praecludere? Numquam, uos oro, cecidistis? Nulla in mentibus uestris [8] macula est? Nulla in oculis, oro, festuca? »Quis (*z*) gloriabitur castum se habere cor aut mundum se esse a peccatis?« Credo [9] (*a*), uos [10] iusti, beneuoli [11], temperantes, quibus membra omnia [12] sana sunt, quibus omne corpus intactum (*b*), quibus medi-

---

[30] fratribus *alteram* r *suprascr. man. 2. P.* [1] factus sum ut, *inter* factus *et* ut *litt.* s *locum habet in rasura, deinde est expuncta.* sum *supra* ut *scripsit man. 2. P.* [2] laborem *corr. e* labore *R.* [3] moriente en *e ras. P.* [4] decidere *edd.*. decedere *PR.* [5] et *add. man. 2. R.* [6] rigere *PR. Tilius.* regere *edd.*. [7] de *PR.* a *edd.*. [8] mentibus uestris *P.* uestris mentibus *R. edd.*. [9] cedo *e ras.*, *erasa esse uid: litt.* r *inter* c *et* e *P.* „*Forte legendum interpungendumque:* cedo .... languorum?" *Migne.* [10] uos *suprascr. litt.* s *P.* [11] beniuoli *P.* [12] omnia *corr. ex* omnium *R.*

(*u*) 1 Cor. 9. 22. cf. Tert. monog. 14 (O. I. 784). adu. Marc. I. 20 (O. II. 69). II. 3 (ib. 163). Cypr. ep. 55. 15 (Hart. II. 635 sq.).

(*v*) mortem cum moriente cet.] cf. Rom. 12. 15. Cypr. ep. 55. 19 in. (Hart. II. 637).

(*w*) deficientibus] = male habentibus. cf. Matth. 9 12. Pac. ep. I. 5 in. ep. III. 14 i f.

(*x*) rigere] cf. infra: „implacabilis rigor rerum." Cypr. de laps. 22 (Hart. I. 253): „alta et recta ceruix."

(*y*) de] = a. cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 396. Blokhuis p. 52 sq..

(*z*) Prou. 20. 9 (sec. LXX). Isdem uerbis locum affert Cypr. de op. et eleem. 3 (Hart. II. 375). Vulg.: „quis potest dicere: mundum est cor meum, purus sum a peccato?"

(*a*) credo] ironicum, usu notissimo.

(*b*) intactum] = integrum.

cus (*c*) necessarius non est nec medicina languorum (*d*). Intrate iam caelum, paradisi [13] aditus romphaea [14] (*e*) cedente [15] penetrate, tot nostrorum populis deum unicum confitentibus dona uestra praecludite. Quae si se longe aliter habent quam implacabilis rigor (*f*) † rerum [16] et immanitas [17] (*g*) uestra mentitur (*h*), iam intellegitis [18], Nouatiani [19], deum posse misereri, iam miseris fratribus de praeterito confitentibus uel seram patere medicinam, iam uulneratum (*i*) illum a Leuita et sacerdote praeteritum per Christum posse [20] curari, iam ecclesiae preces humilibus (*k*) non negandas [21] (*l*),

---

[13] paradisi *erasa est lineola sub* p *P.* [14] rumphaea, *ras. inter* e *et* a *P.* [15] cedente *e ras. P.* [16] rerum *delet Latinius.* „*Quid porro si* uestrum *gignendi casu scripserit Pacianus?*" *Migne.* [17] implacabilis rigor rerum et immanitas uestra *PR. edd.*. implacabilis immanitas rigor rerum et immanitas uestra *Migne.* „humanitas *uerius* immanitas", *in margine Tilius.* [18] intelligitis *corr. ex* intelligetis *R.* [19] nouatiani *add. man. 2. supra lineam P.* [20] posse *erasa est lineola sub litt.* p *P.* [21] negandas *suprascr. litt.* s *P.*

(*c*) medicus necessarius non est] cf. ad ep. I. 5 in..

(*d*) languor] = morbus. cf. Tert. praescr. haer. 2 (O. II. 4) Cypr. ep. 57. 4 (Hart. II. 654). ep. 69. 12 in. (Hart. II. 760). 13 (ib. 763): „ut si incommodum languoris euaserint et conualuerint" cet.. August. serm. 207. 1: „qui sanas omnes languores." cf. 387. 1. Cypr. ep. 31. 7 (Hart. II. 563): „luctantur cum suo dolore qui languent et ita demum sperant sanitatem, si tolerantia superarint dolorem."

(*e*) romphaea] Latine est framea. cf. Gloss. Lab.: „ῥομφαία, framea." cf. romphaea flammea illa apud Ambros. in psalm 118. serm. 3. 16. Hieron. ep. 60. 3. Tert. an. 55 (O. II. 643). Ex ueteribus adeas Liu. 31. 39. Gell. 10. 25. Alia forma est rumpia. cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 245.

(*f*) Rigorem Nouatianis et Symproniano iam obiecit ep. I. 5.

(*g*) immanitas] cf. Cypr. ad Demetr. 12 (Hart. I. 360): „admoues laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis uisceribus numerosa supplicia, nec feritas atque immanitas tua usitatis potest contenta esse tormentis: excogitat nouas poenas ingeniosa crudelitas."

(*h*) mentitur] cf. ad ep. II. 8 in., locisque ibi laudatis adde Tert. de uirg. uel. 16 et 17 (O. I. 907 sq.), et ad oppositum negare Oehl. ad Tert. adu. Marc. IV. 26 (O. II. 232).

(*i*) uulneratum a Leuita..... praeteritum] cf. ep. I. 5 Luc. 10. 30 sqq..

(*k*) humiles] cf. c. 13 med. et ib. i. f..

(*l*) negare] cf. ad c. 4.

iam manus sacerdotum miserandis [22] (*m*) fratribus exhibendas (*n*). Nos autem intellegimus, ut exprobas [23], ecclesiam dei columbam non felle (*o*) amaram, non unguium laceratione uiolentam, paruulis [24] quoque plumis exiguisque [25] *candentem* [26]. Scimus etiam puteum [27] aquae [28] uiuae (*p*) fontemque signatum [29] nulla haeretici gurgitis [30] labe sordere, hortumque [1] conclusum plenum oleribus [2] magnis pariter et *paruis* [3], uilibus atque pretiosis; octo quoque animas (*q*) ex arca [4], sed inter quas et Cham [5] (*r*) fuerit, et milia [6] illa uolucrum atque [7] ferarum, bina atque septena (*s*), munda pariter et immunda. Fontes uero siccos et nebulas turbinibus excitatas haereticorum sterilitatem et insanarum uocum impetus arbitramur [8]. Nec (*t*) promittimus

[22] miserandis *R. edd.*. miserendis *P. Tilius.* [23] exprobras s *e ras. P.* [24] paruulis r *supra lin. add. P.* [25] exiguisque *R. edd.*. exiguis *P.* [26] candentem *PR.* cadentem, *et in margine* candentem, *Tilius. om. edd.*. [27] ut eum *pro* puteum *Tilius.* [28] aquae *corr. ex* auae *R.* [29] signatum u *e ras. P.* [30] gurgitis *corr. e* gurgitiis *R.* [1] ortumque *PR. Tilius.* [2] holeribus *R.* [3] paruis *PR.* paruulis *edd.*. [4] archa *P.* [5] cam *P.* [6] milia *P.* millia *R.* [7] atque *edd.*. uel *PR.* [8] arbitramur *erasa est litt. inter* i *et* t *P.*

(*m*) misereri] = misericordem esse.
miserari = misericordiam uerbis exprimere.
(*n*) exhibere] = praebere. cf. Tert. pat. 1 (O. I. 587) et saepius.
(*o*) columbam non felle amaram] cf. Tert. bapt. 8. (O. I. 627): „quod etiam corporaliter felle careat columba." Plin. h. n. 11. 27. cf. Pac. ep. II. 2 in.: „litteras meas repetas, an aliquo felle respersae sint." Tert. pud. 14 (O. I. 821): „animaduertimus autem totam epistulam primam, ut ita dixerim, non atramento, sed felle conscriptam."
(*p*) puteum aquae uiuae .... hortum conclusum] imago petita ex Cant. 4. 12 sq.. cf. Ioann. 4. 10 sqq. Cypr. ep. 75. 15 (Hart. II. 820): „sed nec praetereundum est .... quod ecclesia secundum canticum canticorum hortus sit conclusus et fons signatus, paradisus cum fructu pomorum" cet.. cf. Cypr. ep. 69. 2 in. (Hart. II. 751). ep. 74. 11 (Hart. II. 808 sq.): „si autem ecclesia eius hortus conclusus est et fons signatus, quomodo in eundem hortum introire aut bibere de fonte eius potest qui in ecclesia non est?"
aqua uiua] cf. c. 3 in..
(*q*) octo animas] cf. Gen. 6. 18. 7. 7, 13. 1 Petr. 3. 20.
(*r*) Cham] cf. Gen. 9. 22, 25 sqq..
(*s*) bina cet.] cf. Gen. 7. 2.
(*t*) nec] cf. ad ep. I. 4 in..

libertatem, cum ipsi serui simus poenae, sed crimina nostra confessi reliquos etiam ut fateantur (*u*) hortamur credantque in eum »qui (*v*) iustificat impium ex fide,« »qui (*w*) reflectit sententiam aduersus malitias [9] irrogatam.« Attendimus (*x*) quoque a falsis prophetis et *a* [10] lupis rapacibus (*y*), cum cauemus a uobis. Iannem [11] uero et Mambrem sic restitisse Moysi sicut uos catholicis arbitramur. Inde sic [ponit] [12] apostolus (*z*): »quia sicut Iannes et Mambres restiterunt Moysi, ita et [13] hi resistunt ueritati, homines [14] corrupti et a deo reprobi; sed ultra non proficient, insipientia enim eorum [15] manifesta erit omnibus, sicut *et* [16] illorum fuit.« Quod in uos dictum esse manifestum est, qui neque proficere amplius, neque insipientiam uestram celare potuistis.

XXII. »Qui (*a*) baptizatur a mortuo [17], nihil proficit«, utique qui haeretico fonte *diluitur* [18], sic et qui peccatoris [19] oleo ungitur, id est, qui spiritu satiatur [20] immundo. Ergo

---

[9] malitias *pro* malitiam *ego.* maliciam *P.* [10] et a lupis *PR.* et lupis *edd.*. [11] iamnem *P.* Iannem *corr. ex* ianen *R.* [12] ponit *R. edd.. om. P.* [13] et *a man. 2. add. esse uid. P.* [14] homines corrupti *PR.* homines mente corrupti *edd.*. [15] eorum *R. edd.*. illorum *P.* [16] et *PR. edd.. om. Migne.* [17] *inter* mortuo *et* nihil *rasura est P.* [18] diluitur *PR.* dilutus *edd.*. [19] peccatoris tor *e ras.*, i *corr. ex* e *P.* [20] saciatur *P.*

(*u*) fateri] = confiteri. cf. ad c. 7 in..

(*v*) Rom. 3. 30. cf. c. 13.

(*w*) Ioel. 2. 13 (sec. LXX). cf. ep. I. 5. ep. III. 16 i. f. cf. Cypr. de laps. 36 (Hart. I. 263). de bono pat. 4 (Hart. I. 399). ep. 55. 22. (Hart. II. 640). Vulg.: „et praestabilis super malitia."

(*x*) attendere a] = cauere a. Exempla dabit Rönsch, It. u. Vulg. p. 350 sq..

attendimus a falsis prophetis cet.] desumpsit P. e Matth. 7. 15: „attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces."

(*y*) lupi rapaces] cf. c. 19 med. Ad totam sententiam cf. Matth. 7. 15.

(*z*) 2 Tim. 3. 8, 9.

(*a*) Eccli. 34. 30. cf. Cypr. sent. ep. 27 (Hart. I. 446). ep. 71. 1 (Hart. II. 772).

et filii sanguinum (*c*) uos eritis, non enim pacem fratrum, sed sanguinem concupiscitis [21]. Fides falsa est uestra credulitas [22]. Adultera [23] mulier (*d*) haeretica congregatio est, catholica enim ab initio de uiri sui toro et thalamo non recessit nec alienos amatores aut extraneos concupiuit. Vos *exoletam* [23*] formam nouo colore pinxistis (*e*), uos torum uestrum a coniugio separastis [24] antiquo, uos a matris unicubae (*f*) corpore recessistis [25], nouo placendi [26] genere, nouis corruptelarum illecebris expoliti. Nam quod Cyprianum beatissimum (*g*) mihi pro contrario teste proponis, quia (*h*) in epistula quae de Lapsis (*i*) <est> [27], *Noe* [28] (*k*) et Danielem [29] et Iob [30] orasse pro peccatoribus dicat, nec impetrasse (*l*) dicente domino (*m*): »et si tres in medio eorum fuerint, Noe, Iob et Daniel [1], non liberabunt filios neque filias, sed ipsi soli salui erunt,« — utinam, utinam Cypriano teste nitaris, utinam tam salu*t*aribus [2] sententiis acquiescas [3]! Ille enim, cum lapsos ad paenitentiam cogeret qui paenitere nolebant,

[21] concupiscitis *inter* i *et* t *erasa est* s *P.* [22] crudelitas *P.* [23] adultera d *e ras. P.* [23*] exoletam *pro* exulem *ego.* [24] separastis s *finalis suprascr. P.* [25] recessistis *P. edd.*. recessitis *R. Migne.* [26] placendi *corr. e* placende *R.* [27] est *inserunt edd.. om. PR.* [28] Noe *pro* Moysen *cum Migne ego.* moysen *R.* moysem *P. edd..* [29] danihelem *P.* [30] iob i *e ras. P.* [1] danihel *P.* [2] salutaribus *P.* salubribus *R. edd..* [3] adquiescas *P.*

(*c*) sanguinum] pluralis secundum Priscian. 5. 54 est inusitatus. cf. tamen 2 Reg. 16. 7. Ps. 5. 7. Cassiod. in. psalm. 15. 4 et alia exempla collata a Rönsch, It. u. Vulg. p. 273. cf. ib. p. 9 annot.. Neue, Formenlehre I. 414 (400 ed. alt.).

(*d*) adultera mulier et seq.] cf. Ez. 16. 32.

(*e*) nouo colore pinxistis] manifesto fucum cogitat Pac..

(*f*) mater unicuba] cf. ad ep. II. 7.

(*g*) Cyprianus beatissimus] cf. ep. I. 3 i. f. ep. II. 7 in..

(*h*) quia] = quod. cf. ad ep. II. 2 i. f. ad ep. III. 8. ad ep. III. 15 i. f..

(*i*) in epistula quae de lapsis] scil. Cypr. de laps. 19 (Hart. I. 252).

(*k*) Noe] scripsi. cf. Migne: „aut Pacianus memoria lapsus aut potius librarius aliud agens errauit." Scribendum esse Noe docebit locus Ezechielis et epistulae praesentis c. 24 in. Moysen ex fine capitis irrepsisse suspicor. cf. Cypr. l.l..

(*l*) impetrare] cf. c. 12, 23 in., 24. Cypr. ad Fort. 4 (Hart. I. 324).

(*m*) Ezech. 14. 20. cf. c. 3. i. f. Cypr. ad Fort. 4 (Hart. I. 325).

dicentes a confessoribus siue martyribus accepisse se pacem, docuit et ostendit, quod nec patriarchae illi pro non paenitentibus impetrarant [4]. Etenim quis [4*] liberare possit inuitum, quis pro superbis humiliari, quis pro non paenitentibus *paenitere?* [5] Quod utique (*n*) cum diceret, ad paenitentiae cogebat remedia. Nec contra se locutus est aliquid uir illius grauitatis et meriti, sed fundendas [6] a peccatoribus preces docuit et exomologesin [7] (*o*) diligendam.

XXIII. Ipsa tamen Cypriani exempla te permouent, quibus et Moysen (*p*) et ceteros sanctos non impetrasse commemorat, qui pro [8] peccatoribus postulabant. [8*] Ain? Non [9] uides [10] Moysen pro quibus non impetrauerit? Reuersus ad populum quid audit in castris? Voces ebriorum et cantus idolothyti [11] personabant. Adhuc perseuerabat in nequitia populus, adhuc in ipso crimine permanebat, *adhuc* [12] paenitere non nouerat. *Et* tamen [13] (*q*) quis tibi nostrum dixit, quod Moyses non impetrauerit? Dixerat quidem illi deus (*r*): »*siquis* [14] deliquit ante me, delebo eum de libro,« dixerat tamen auctoritate iudicis et domini potestate, sed uide quam cito reflexerit sententiam aduersus populi malitiam [15] irrogatam (*s*). Ausculta [16]. Pro-

[4] impetrarant *pro* impetrarent *ego*. [4*] et enim *P*. [5] paenitere *pro* impetrare *ego*. [6] fundendas *suprascr. litt.* s *P*. [7] exomologesi *erasa est* s *in fine uocabuli P*. [8] pro *supra lineam inseruit man. 2. P*. [8*] *Vulgo h. l. cap. XXIII auspicantur edd., mutaui ego*. [9] non *om. P*. [10] uides *suprascr. litt.* s *P*. [11] idolotyti *corr. ex* idolotiti *R*. ydolotiti *P*. [12] adhuc *ego*. at *PR*. ac *edd.*. [13] et tamen *PR*. attamen *edd.*. at tamen *Bibl. uet. patr. Col. Agripp. p. 243. E*. [14] siquis *P*. si qui *R. om. edd.*. siquid, *in margine* si quis, *Tilius*. [15] maliciam *in margine add. man. 2. P*. [16] ausculta l *add. man. 2. P. corr. ex* absculta *R*.

(*n*) utique] cf. ad ep. II. 8.
(*o*) exomologesis] cf. ad ep. I. 5.
(*p*) Moysen .... non impetrasse] cf. Exod. 32. 1—33.
(*q*) et tamen] cf. ad ep. I. 4 in..
(*r*) Exod. 32. 33. cf. paraen. 5.
(*s*) aduersus populi malitiam irrogatam] cf. Ioel. 2. 13. Pac. ep. III. 21.

pheta statim ibidem (*t*) »et precatus est« inquit »Moyses in conspectu domini dei [17] sui: quare, domine, irasceris *ira* [18] in populum tuum?« et reliqua. Item [19] infra (*u*): »et propitius [20] factus [21] est dominus de malignitate, quam dixerat facere populo suo.« Vides lenitam [22] esse iram dei? Vides offensam esse placatam? Et (*u**) pro populo non <roganti> [23] (*v*) rogauit nec quod fecerat paenitenti.

XXIV. Sed Noe, inquis, et Daniel [24] et Iob (*w*) filios et filias [25] liberare non potuerunt. Et hoc tale est: si pro [26] non rogantibus petant, si pro perseueranti in crimine deprecentur, si non [27] singulos, si non paucos, sed milia [28] multa defendant. Ceterum Noe (*x*) domum suam ruina [29] publica liberauit (*x**) et Iob (*y*) recepit cuncta quae perdidit et Daniel [30] (*z*) instantem illum sapientibus Babyloniae gladium oratione decussit. Loth (*a*) certe pro salute oppidi, Paulus (*b*) pro uectoribus nauis orat. Sic absoluuntur a iustis qui paenitere

---

[17] domini dei *scripsi cum. edd.*. dei *om. PR.* [18] ira *PR.* ita *edd. om. Tilius.* [19] item *corr. ex* ita *R.* [20] propicius *P.* [21] factus f *e ras. P.* [22] lentam *P.* [23] roganti *egregie inseruit v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 194.* et pro populo non roganti nec *PR.* et pro populo non rogauit, nisi quod fecerat paenitente *Latinius.* [24] danihel *P.* [25] filias s *suprascr. man. 2. P.* [26] pro *e ras. P.* [27] non *inseruit man. 2. P.* [28] milia *P.* millia *R.* [29] ruina *PR.* a ruina *edd.*. [30] et daniel *in margine add. man. 2.*, niel *supra lin. P.*

(*t*) Exod. 32. 11. Vulg.: „cur domine, irascitur furor tuus contra populum tuum" cet.

(*u*) ib. 14.

(*u**) et] = idque, en dat nog wel.

(*v*) rogante] quam facile excidere potuerit, non est quod moneamus. Vide infra (c. 24): „si pro non rogantibus petant."

(*w*) Noe, Daniel, Iob cet] cf. c. 22.

(*x*) Noe] cf. Gen. 8.

(*x**) liberare] cum simplici abl. cf. ad c. 7 in..

(*y*) Iob recepit cuncta quae perdidit] cf. Iob. 42. 10.

(*z*) Daniel.... decussit] cf. Dan. 2. 27 sqq..

(*a*) Loth pro salute oppidi orat] cf. Gen. 19. 21.

(*b*) Paulus pro uectoribus nauis orat] cf. Act. apost. 27. 24, 35. cf. Tert. de or. 24 (O. I. 580).

nouerunt (*c*). Postremo uel illud *aspicito* [1] quod scriptum (*d*) ais [2] <ipse>[3]: »ipsi soli salui erunt.« Qui [4] illi? Ipsi utique (*e*) qui pro [5] peccatoribus deprecantur, impune pro talibus postulabunt. Et cur ecclesiam damnas? Cur pro paenitentibus prohibes deprecari, si etiam pro his petere licet, *pro* [6] quibus non licet impetrare? Lege igitur diligentius [7] Cyprianum meum, lege totam de Lapsis epistulam [8] (*f*), lege aliam, quam ad Antonianum [9] (*g*) dedit, ubi exemplis omnibus Nouatianus urgetur [10]: iam scies quid de paenitentium curatione (*h*) pronuntiet. Cyprianum loquor (*i*), uestra oppugnantem et catholica iura retinentem? Tertullianum [11] post haeresin — nam multa inde sumpsistis — ipsum [12] epistula sua, et ea ipsa quam <contra> [12*] catholicos edidit, audies confitentem posse ecclesiam peccata dimittere (*k*).

XXV. Vides ergo (*l*) ecclesiam esse reginam »in ueste aurata et uariegata« [13] (*m*), multorum utique corporum multorumque populorum uarietate compositam. Non est coloris

---

[1] aspicito *PR. edd.*. aspicio *Migne.* [2] ais *PR. Tilius.* ait *edd.*. [3] ipse *inserui ego.* [4] quid *P.* [5] *inter* pro *et* peccatoribus *erasum est aliquid P.* [6] pro *PR. edd.*. quo *Migne.* [7] diligentius d *e ras. P. corr. e* diligentibus *R.* [8] epistulam a *e ras. P.* [9] Antonium *P.* [10] urgetur *corr. ex* urguetur *R.* [11] Tertullianum *Migne.* Tertullianus *PR. edd.*. [12] ipsū u *e ras. P.* [12*] contra *inseruit v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 195.* quam catholicus *PR. edd.*. [13] uariata *P.*

(*c*) nouerunt] cf. c. 15 in.: „et qui peccasse se dolent, flere non norunt?"

(*d*) Ezechiel 14. 16.

(*e*) utique] = scilicet, natuurlijk. cf. ad ep. II. 8.

(*f*) de Lapsis epistulam] manifesto uult P. Cypriani libellum de lapsis, quem inter illius epistulas habet. cf. 22, ubi sacrae scripturae locum affert ex Cypriani epistula de Lapsis, qui locus legitur in Cypr. de laps. 19 (Hart. I. 252).

(*g*) ad Antonianum] est in ed. Vindob. ep. 55 (Hart. II. 624—648).

(*h*) de paenitentium curatione] cf. c. 14 i. f. paraen. 1 in..

(*i*) Cyprianum loquor] = quid Cyprianum testem adduco?

(*k*) dimittere] = remittere. cf. ad c. 15 med..

(*l*) uides ergo] redit ad c. 3.

(*m*) Ps. 44. 10. cf. ep. I. 4. ep. III. 2.

unius ista [14] pictura nec in uno habitu emicat tanta diuersitas. Pars illa (*n*) indumenti tegit, ista componit; nonnulla pectori adhaeret, aliqua ultimo sinu trahitur et inter uestigia ipsa sordescit [15]. Quaedam purpurae martyrum comparatur [16], aliqua serico uirginali; nonnulla sinu (*o*) plicante subsuitur aut acu inserente reparatur. »Alius (*p*) enim sic, alius autem sic,« et tamen una in omnibus regina componitur. Ergo eadem fecunda uitis et locuples [17], plures habens ramos, multo palmitum crine *distincta* [18] — *aspice*, *numquid ingentes* [19] *ubique botri*, *numquid omnis uua* distentior? Nihilne ex istis hiberno frigore laborauit? Nihil asperas grandines (*q*) pertulit? Nihil torridas incusauit aestates? Asperior est haec gemma palmitibus, ista fortior, illa sincerior; haec se diffundit in fructus, haec in solas exuberat frondes. Vitis tamen ubique formosa [20]. Mater haec »adolescentularum (*r*), quarum non est numerus.« Calculare denique, si potes [21], catholicos greges et duc in digitos (*s*) nostrae plebis examina (*t*), nec illa modo quae toto orbe diffusa sunt cunctis *plane* [22] (*u*) regionibus [23], sed haec,

---

[14] ista *e ras. P.* [15] sordescit e *e ras. P.* [16] coparatur *P.* [17] locupleps *R.* [18] distincta .... uua *P. om. R. et edd..* [19] ingentes *eras. est aliquid inter* n *et* g *P.* [20] formosa *corr. e* formonsa *R.* [21] potes *suprascr. litt.* s *P.* [22] plane *pro* plena *ego.* [23] regionibus *man. 2. corr. est*, e *ex* i *et* o *supra rasuram est scripta P.*

(*n*) illa .... ista] cf. ad. ep. I. 4 in..

(*o*) sinu] num manu?

(*p*) 1 Cor. 7. 7. cf. Cypr. test. III. 32 (Hart. I. 145). (Cypr.) de sing. cler. 22 i. f. (Hart. III. 199).

(*q*) In mente habuit Pac. Hor. od. 3. 1. 29 sqq.: „non uerberatae grandine uineae Fundusque mendax, arbore nunc aquas Culpante, nunc torrentia agros Sidera, nunc hiemes iniquas."

(*r*) Cant. 6. 7. cf. ep. I. 4 i. f..

(*s*) ducere in digitos] = computare digitis (Plaut. Mil. 2. 2. 49), numerare per digitos, Ou. Fast. 3. 123. cf. Quint. 11. 3. 114: „digerere argumenta in digitos."

(*t*) examina] ut ep. I. 1. Ad totius loci argumentum cf. praef. p. V. ann. 17.

(*u*) plane] = prorsus.

frater Symproniane, quae tecum in [24] proximis finibus et uicina urbe consistunt (*v*). Contemplare quot nostros unus aspicias, quot meorum populis solus occurras. Nonne ut stillicidia (*w*) fontibus magnis, nonne ut ab oceano quaedam gutta sorberis? Dic, dic, an istae adulescentulae (*x*) ex uestra plebe generentur, an tu solus has [25] parias. Nostra est, inquam, ista regina »electa (*y*) matri suae atque perfecta.« Nihil quippe electum nisi melius et [26] maius alio [27] (*z*), nihil perfectum esse potest [28] nisi plenum.

XXVI. Iam et illud attendite, an haec potissimum (*a*) aedificata sit »in (*b*) fundamentis prophetarum et apostolorum [29] *et* [30] ipso angulari lapide Iesu Christo,« [1] si (*d*) ante te coepit [2], si ante te credidit, si a [3] fundamentis prioribus [4] non recessit, si non illa migrauit, si non a reliquo corpore separata (*e*) suos sibi magistros et propria instru-

---

[24] in *suprascr. man. 2. R.* [25] has *Latinius eumque secutus Migne.* hoc *PR. edd..* [26] et *corr. ex* e *R.* [27] maius alio *P.* maius ex alio *R. edd..* [28] esse potest *P.* potest esse *R. edd..* [29] apostolorum a *e ras. ex* p (populorum) *P.* [30] et *pro* ex *ego.* [1] iesu christo *R. edd..* christo iesu *P.* [2] cepit *P.* [3] a *e ras. P.* [4] prioribus *edd..* primoribus *PR. Totius loci interpunctionem mutaui ego. Vulgo sic editur:* Si ante te coepit .... si quid insolitum argumentata est, si quid noui iuris *cet..*

(*v*) consistere] saepe legitur in inscriptionibus epistularum Cypriani, uelut ep. 1 (Hart. II. 465): „Cyprianus presbyteris et diaconibus et plebi Furnis consistentibus S." ep. 9 (ib. 488). ep. 17 (ib. 521). ep. 20 (ib. 527). ep. 23 (ib. 536). ep. 27 (ib. 540). ep. 62. 4 i. f. (Hart. II. 700) et saepius.

(*w*) stillicidium] = stilla, σταγών, gutta. cf. Tert. adu. Marc. IV. 25 (O. II. 227). Scorp. 10 (O. I. 521) et Rönsch, It. u. Vulg. p. 325.

(*x*) adulescentulae] scil. „quarum non est numerus." cf. supra.

(*y*) Cant. 6. 8. cf. ep. I. 4 i. f..

(*z*) maius alio] praep. ex, quam praebet *R*, necessaria non est. cf. Tert. paen. 3 (O. I. 647): „ut alterum altero leuius aut grauius existimet."

(*a*) potissimum] saepe Pacianus usurpat. cf. ep. II. 2.

(*b*) Eph. 2. 20. cf. c. 2 i. f..

(*d*) si] = εἰ.

(*e*) ɛeparata ɛuos sibi magistros] nota allitterationem.

menta constituit. Si quid insolitum argumentata est, si quid noui iuris inuenit, si corpori suo repudium pacis indixit — plane tunc a Christo recessisse uideatur, tunc extra prophetas et apostolos constitisse. Haec igitur erit domus (*f*) magna, locuples [6] omnium diuersitate uasorum, in qua purum refulget aurum, in qua ductile (*g*) lucet argentum, uerum quae *et* [7] lignea, sicut scriptum (*h*) est, et fictilia uasa dignatur. Magna enim domus multos mouet usus, opera diuersa sollicitat; non solum quaerit argentum, nec aureo tantum delectatur ornatu: subinde (*i*) plus decet magna † contemptus, et inter nobiles ambitus exigua quoque iucunda sunt. Nullus artifex opera sua despicit nec uilia [8] sibi putat [9] esse quae fecit. Et unde pro peccatoribus passum putas Christum, nisi quod perdere noluit quidquid [10] ipse formauit? Vnde [11] illum putas [12] hodieque *patrem* [13] (*k*) interpellare pro miseris, nisi quod modicum *quemque* [14] et despectissimum non repellit, neminem ex his quos acceperit perditurus (*l*), ligneo licet ac fictili comparentur? [15] Atque ita in domo sua omnia uasa componit.

[6] locuples s *e ras. man. 2. P.* [7] et *PR.* etiam *edd.*. [8] uilia il *e ras. P.* [9] putat *supra alteram* t *eras. est aliquid P.* [10] quicquid *P.* [11] *inter* unde *et* illum *eras. est aliquid, etiam sub altera litt.* l *P.* [12] putas utas *e ras. P.* [13] patrem *R. Tilius. inseruit man. 2. P. om. edd.*. [14] quemque *PR. Tilius.* eumque *edd.*. [15] comparentur *erasa lineola sub* p *P. Interpunctionem mutaui ego. Vulgo editur:* perditurus; ligneo ..... comparentur, atque ita .... componit?

(*f*) domus magna locuples cet.] cf. c. 2 i. f.

(*g*) ductilis] = quod facile ducitur attenuaturque in laminas, ἐλατός. cf. Cypr. ep. 69. 8 (Hart. II. 757). Exod. 37. 7. Num. 8. 4. Cassiod. exp. in psalm. 97. 7 (6). Inde significat id, quod e metallo ductili factum est. cf. Exod. 25. 31: „candelabrum de auro ductile." Ps. 97. 6: „tubae ductiles" (= ex aere factae, opp. corneae). Num. 10. 2: „tubae argenteae ductiles."

(*h*) 2 Tim. 2. 20. cf. ep. I. 5 i. f.

(*i*) subinde plus decet cet.] locus corruptus et lacunosus.

(*k*) alludit ad 1 Ioann. 2. 1, 2. cf. ad c. 9 i. f.

(*l*) neminem .... perditurus] cf. c. 9 i. f.: „redemptum non patietur extingui, nec abiciet quos magno redemit, nec enim leuis illi est iactura famulorum."

XXVII. Tandem, frater Symproniane, non pigeat esse cum multis, tandem libeat reduuias (*m*) Nouatianorum et praesegmina [16] (*n*) uestra contemnere, tandem catholicos greges et [17] tam late patentes ecclesiae populos intueri. Vbi unus, inquies, ibi et ego, et ubi duo, ibi ecclesia, ubi [18] unus tamen concors, ubi duo pacifici [19]. Vbi unus (*o*), et ecclesia, quanto magis, ubi plures? »Meliores« inquit (*p*) »duo quam unus, et spartum [20] triplex non rumpitur.« Audi Dauid (*q*): »psallam [21] nomini tuo in ecclesia multa,« et iterum (*r*): »in populo [22] graui laudabo te,« et (*s*): »deus deorum locutus [23] est et uocauit terram ab ortu [24] solis usque ad occasum.« Quid [25] semen Abrahae (*t*) secundum stellarum modos et numeros arenarum uestra paupertate contentum? »Benedicentur

[16] praesegmina segmina *e ras.*, *insuper erasa est litt. inter* n *et* a *P.* [17] et *e ras. P. In margine hoc loco legitur litt.* r, *add. a man. 2. P.* [18] ubi u *e ras. P.* [19] duo pacifici *edd.*. pacifici duo *PR.* [20] spartum *supraser. litt.* s *P.* [21] psallam *inter* p *et* s *erasum est aliquid P.* [22] populo pulo *e ras. P.* [23] locutus ocu *e ras. P.* [24] ortu *eras. est aliquid supra* tu *P.* [25] *inter* quid *et* semen *eras. est aliquid P.*

(*m*) reduuiae] = panaricium, παρονυχίς. cf. Plin. 28. 4. 30. 111. Deinde usurpatur in conuicium seruorum. cf. Titin. com. 132 ap. Fest. s. u.: „lassitudo conseruum reduuiae flagri," h. e. cui flagris incussis decessit cutis. Vtitur Cic. Rosc. Am. 44. 128: „qui cum capiti Sex. Roscii mederi debeam, reduuiam curem" h. e. rem tam minimi pretii scil. de reddendis Roscio bonis. Significat deinde in locutione „escarum reduuiae" reliquiae ciborum inter dentes crocodili haerentium, quas dormienti crocodilo appetit trochilus, inde uictum sibi parans. cf. Plin. 8. 25. Solin. 32 (45).; denique = cutis, quam deponunt angues. cf. Placid. gloss. 78. 19.

(*n*) praesegmen] proprie est ἀπονύχισμα, id quod ab unguibus desecatur. cf. Plaut. Aul. 309: „quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat, Collegit, omnia abstulit praesegmina."

(*o*) ubi unus cet.] cf. Tert. bapt. 6 i. f. (O. I. 626): „ubi tres, id est pater et filius et spiritus sanctus, ibi ecclesia, quae trium corpus est."

(*p*) Eccle. 4. 12. Vulg.: „et si quispiam praeualuerit contra unum, duo resistunt ei; funiculus triplex difficile rumpitur."

(*q*) Ps. 34. 18.

(*r*) ib.

(*s*) Ps. 49. 1. cf. Cypr. test. II. 28 (Hart. I. 95).

(*t*) semen Abrahae secundum stellarum modos et numeros arenarum] cf. Gen. 22. 17.

in te« inquit (*u*) »omnes tribus terrae.« Dic, *an* [26] Nouatianus has impleat? Non tam parum sanguine suo redemit (*v*) *dominus* [27], nec tam pauper est Christus. Cognosce iam, frater, ecclesiam dei dilatantem tabernacula sua et aulaeorum [28] palos dextra sinistraque figentem; intellege »ab (*w*) ortu solis usque ad occasum laudabile nomen domini.« Vide, uide [29], quaeso, Nouatianis in uerba luctantibus catholicas [30] agi toto orbe diuitias [1].

Super (*x*) omnibus, quibus (*x**) a te sum consultus, instruxi. Nullum ex propositis caput sententiamue praeterii. Ad ipsos apices (*y*) et uerba respondi. Si consulentis animo requisisti, amanter ostensum [2] est, si lacessentis (*z*), haud segniter disputatum [3]. Subiungam, cum uacuum erit, et aliam epistulam (*a*), in qua non uestra redarguam, sed nostra proponam; quam si benigne et sine fastidio legeris, fortasse non laedet. Interim in ista [4] (*b*) peto ut singula quaeque percenseas. Omnia cito

---

[26] an *PR. om. edd.*. [27] dominus (dns) *P.* deus *R.* [28] auleorum *corr. ex* aulearum *R.* [29] uide *erasum aliquid habet supra* u *P.* [30] catholicas *man. 2. corr. e* catholicos *P.* [1] diuitias *add. man. 2. rasura non reperitur P.* [2] ostensum o *e ras. P.* [3] disputatum tum *e ras. P. In calce paginae delineata est figura hominis manibus arcum tenentis P.* [4] in ista *R. edd.*. insta *P.*

(*u*) Gen. 22. 18. cf. (Cypr.) de pascha comp. 10 (Hart. III. 257). Tert. adu. Iud. 1 (O. II. 701). de carn. Chr. 22 (O. II. 461).

(*v*) non tam parum .... redemit] cf. c. 9 i. f.: „nec abiciet quos magno redemit." Tert. de carn. Chr. 4 (O. II. 431): „amauit utique quem magno redemit."

(*w*) Ps. 112. 3.

(*x*) super] = de. cf. ad c. 4 i. f..

(*x**) quibus] num <super> quibus?

(*y*) apices] cf. c. 19: „nos unum apicem legis inflectimus an potius Nouatiani" cet.. paraen. 5 in.. Matth. 5. 18.

(*z*) si consulentis animo .... si lacessentis cet.] cf. ep. I. 2: „si quid scire plenius de nostro uoles, oportet ut de tuo profiteare simplicius, ne obscurius consulendo non scire nos facias, utrum interroges an lacessas."

(*a*) aliam epistulam] quae aut numquam est scripta, aut scripta aetatem non tulit. cf. Praef. p. V. in..

(*b*) ista] scil. epistula praesenti, quam iam acceptam a Symproniano fingit Pacianus.

lecta praetereunt. Si charismata [5] (*c*) meliora desideras et bonae eruditionis [6] animum [7] geris, non facile tam uera contemnes [8]. Dominus (*d*) te in aeternum custodire et protegere [9] dignetur et christianum uiuere faciat ad concordiam spiritalem [10].

---

[5] carismata *PR.* s *e ras. P.* [6] erutionis *R.* [7] animum *PR. Tilius.* animam *edd..* [8] contemnes *pro* contemnis *ego.* [9] protegere *erasum est aliquid ante* p *P.* [10] spiritalem *R.* spālem *P.* spiritualem *edd..* amen *in fine epistulae addunt edd.. om. PR.* soli deo laus *in fine epistulae Tilius.*

(*c*) charismata] = munera. cf. Tert. adu. Prax. 1 (O. II. 654). praescr. haer. 29 (O. II. 26). de an. 9 (O. II. 568): „nam quia spiritalia charismata agnoscimus, post Ioannem quoque prophetiam meruimus consequi." adu. Iud. 8 (O. II. 718): „baptizato enim Christo, id est sanctificante aquas in suo baptismate, omnis plenitudo spiritalium retro charismatum in Christo cesserunt" cet.

(*d*) isdem fere uerbis finem imponit P. epistulae II^{a}.

PARÆNESIS,

SIVE EXHORTATORIVS LIBELLVS AD PÆNITENTIAM.

I. Etsi aliquotiens [1], tumultuose [2] (*a*) licet, de paenitentium curatione non tacui [3], memor tamen dominicae sollicitudinis [4], quae propter unius ouiculae detrimentum (*b*) ceruicibus (*c*) etiam suis et humeris [5] non pepercit, integrato [6] (*d*) gregi referens peccatricem delicatam (*e*), conabor, ut potero, tantae uirtutis [7] exemplum etiam stilo condere [8] (*f*) ac dominici laboris industriam mediocritate, qua dignum est (*g*), seruus

Incipit sermo sancti patiani episcopi de penitentibus, *minio depictum P.* Incipit liber sancti Paciani episcopi de paenitentibus *R.* [1] aliquotiens *P.* [2] tumultuoso se *P.* [3] tacui t *e ras. P.* [4] sollicitudinis s *finalis suprascr. P.* [5] humeris hu *e ras. P.* [6] integrato int *et altera* t *e ras. P.* [7] uirtutis *e ras. P.* [8] „condere *an* condire?" *Migne.*

(*a*) tumultuose] cf. Cypr. test. III. 40 (Hart. I. 150) in inscriptione: „non iactanter nec tumultuose operandum" (= eleemosynae dandae).

(*b*) detrimentum] = iactura. cf. ep. III. 9 i. f.: „nec leuis illi est iactura famulorum." Opp. emolumentum. cf. paraen. 6 in.: „quibus emolumentis tot ecclesiae detrimenta pensabis?" Tert. ad. nat. I. 14 in. (O. I. 335): „solo detrimento cutis Iudaeus." cf. ad c. 6 in..

(*c*) ceruicibus .... et humeris] cf. ep. III. 14 in..

(*d*) intregrato gregi] praegnanter dictum, nam ouicula reportata demum integer redditus erit grex.

(*e*) delicatam] possis derelictam legere coll. loco Tert. pat. 12 (O. I. 609): „sed laborem inquisitionis patientia suscipit et humeris insuper aduehit baiulus patiens peccatricem derelictam." cf. ouis erratica ep. I. 5 med.. ep. III. 13 in.. In praesenti opusculo etiam magis quam in ceteris Tertullianus est Paciani exemplum.

(*f*) stilo condere] = litteris tradere. cf. Val. Max. 1 praef.: „peregrinaeque historiae seriem felici superiorem stilo conditam." Apul. Met. 1. 1: „glebae felices aeternum libris felicioribus conditae, mea uetus prosapia." id. 4. 32 ipse „Milesiae conditor(em)" se uocat. Munro ad Lucret. 5. 2.

(*g*) qua dignum est] = ut decet, oportet, iam apud antiquos.

imitabor. Vnum illud uereor, dilectissimi [9], ne solitae [10] contrarietatis <humanae more> [11] aduers*a* *eis* [12] inculcando [13] (*h*) quae fiunt, admoneam magis peccata quam reprimam, meliusque fuerit Attici Solonis (*i*) exemplo [14] tacere de magnis sceleribus [15] quam cauere [16], eo usque [17] progressis nostratium moribus, ut admonitos se existiment, cum uetantur [18]. Hoc enim, puto, proxime Ceruulus (*k*) ille profecit [19], ut eo diligent*ius* [20] fieret, quo impressius notabatur et tota illa reprehensio dedecoris expressi ac saepe repetiti non compressisse uideatur, sed erudisse luxuriam. Me miserum, quid [21] ego facinoris admisi! Puto, nescierant Ceruulum facere, nisi illis reprehendendo [22] monstrassem! Verum <ab> sit [23] (*l*) illud. Dei refugae (*m*) aut extra ecclesiam constituti etiam exasperati sunt castigationis iniuria, indignati scilicet mores suos ab aliquo posse reprehendi. Atque ut caenum solet tum maxime faetere cum moueas, et incendium [24] tum

[9] dilm̄i *P.* [10] solicitae *exp.* ci *PR.* [11] humanae more *inserui ego.* [12] aduersa eis *pro* aduersis *ego.* [13] inculcando ndo *e ras. P.* [14] exemplo exc̄ *e ras. P.* [15] sceleribus c *et* l *e ras. P.* [16] cauere u *e ras. P.* [17] eousque *e ras. P.* [18] uentantur *exp. priore* n *R.* [19] profecit fecit *e ras.*, f *corr. ex* c *P.* [20] diligentius *PR.* diligentior *edd..* [21] quid *edd..* quod *PR.* [22] reprehendendo *corr. ex* reprehendo *suprascr.* den *R.* [23] absit *ego.* sit *PR. edd..* [24] in cendium *iunxit man. 2. P.*

(*h*) inculcare] cf. ad bapt. 1 in..

(*i*) Attici Solonis exemplo cet.] cf. Cic. pro Rosc. Am. 25. 70: „is (scil. Solon) cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere quam admonere uideretur." cf. Diog. Laert. 1. p. 39. Steph. Sen. de clem. 1. 13. Cic. pro Tullio 5. Praef. p. VII. ann. 31.

(*k*) Ceruulus ille] cf. Praef. p. III. i. f..

(*l*) absit] locutio in eiusmodi sententia usitatissima. cf. ad ep. II. 7 in.. paraen. 6 i. f..

(*m*) refuga] = apostata. Exempla collegit Rönsch, It. u. Vulg. p. 83. id. Collectanea p. 116. cf. (Tert.) adu. Marc. II. 167 (O. II. 787): „serpentis spolium deuicto principe mundi Affixit ligno, refugarum immane tropaeum." refuga = ἀποστασία e 2 Thess. 2. 3, quo loco discessio habet Vulg., affert Rönsch, It. u. Vulg. p. 322.

magis ardere si uertas, et rabies tum uehementius saeuire si prouoces, ita illi obiurgationis necessariae stimulos [25] contrario [26] calce [27] fregerunt, non sine suo quidem malo et uulnere repugnantes.

II. Vos tamen, dilectissimi [28], a domino (*n*) mementote positum (*o*): »argue sapientem [29] et amabit te, *argue* [30] stultum et odio te habebit,« et iterum (*p*): »ego quos diligo redarguo [1] et [2] castigo." Atque ideo [ad] [3] blandam (*q*) huius mei operis ac sollicitam diligentiam et secundum domini uoluntatem a me ipso fratre uestro ac sacerdote [4] susceptam amorem potius [5] credite quam rigorem, sequendo amabiliter, non pertinaciter repugnando. Praeterea nullus existimet hunc ipsum de paenitentiae institutione sermonem solis tantummodo paenitentibus ordinatum [6] (*r*), ne [7] propter hoc quisquis extra [8] hunc gradum positus est, ea quaecumque dicentur, uelut in alios destinata fastidiat, cum in hanc quasi fibulam totius ecclesiae disciplina [9] (*s*) *nodetur* [10] (*t*), quando [11] et catechu-

[25] necessariae stimulos *R.* stimulos necessariae *P.* [26] contrario *corr. e* contraria *R.* [27] calce e *e ras. P.* [28] dilmi *P.* [29] *inter* sapientem *et* et *erasum aliquid habet P.* [30] argue *PR.* atque *edd.*. [1] *ante* redarguo *erasum aliquid habet P.* [2] et *e ras. ex* a *P.* [3] ad *PR. Tilius. deleui cum edd.*. [4] sacerdote *prior* e *corr. ex* r *P.* [5] potius *corr. e* potis *R.* [6] ordinatum u *e ras. P.* [7] ne n *colore uiridi est depicta P.* [8] extra e *e ras. P.* [9] discipli na *iunxit man. 2. P.* [10] nodetur *pro* notetur *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 195.* „*alias* coarctetur" *in margine Tilius.* [11] quando n *e ras. P.*

(*n*) domino] „domini appellatione capitur Salomo Iudaeo more, quibus contra quoque ubi Salomo ponitur, domini persona intellegitur. Lege de hac re Hieron. de sancta fide ex Iudaeo Christianum 1. 5." Barth. adu. p. 1957.

(*o*) Prou. 9. 8. cf. Cypr. test. III. 102 (Hart. I. 179): „qui corripit impium odietur ab eo, corripe sapientem et diliget te." Vulg.: „noli arguere derisorem, ne oderit te, argue sapientem et diliget te."

(*p*) Apoc. 3. 19. cf. Tert. pat. 11 (O. I. 607). Cypr. de laps. 14 (Hart. I. 247).

(*q*) blandam] scripsi cum edd. coll. ep. II. 7: „tunc amares (scil. me), si .... operi meo blandus accederes."

(*r*) ordinatum] = destinatum.

(*s*) ecclesia disciplina] scil. utrum paenitentia utilis sit necne et quibus maleficiis ipsa ecclesia ueniam dare possit, quorum soli deo indulgentia reseruanda sit.

(*t*) in fabulam.... nodetur] emendatio est egregia uiri cl. v. d. Vliet,

menis [12] (*u*), ne in hoc transeant, et fidelibus, ne in hoc redeant [13], prouidendum sit; ipsis uero paenitentibus, ut celeriter ad fructum huius operis [14] (*v*) perueniant, laborandum. Sermonum [15] tamen meorum hic ordo seruabitur: primum ut de modo criminum edisseram, ne quis existimet omnibus omnino peccatis summum discrimen impositum; tum de his fidelibus dicam, qui remedium suum erubescentes (*w*) male uerecundi s*u*nt [16] et inquinato corpore ac polluta mente communicant (*x*), in conspectu [17] hominum timidissimi [18], ante dominum uero impudentissimi, profanis manibus et polluto ore contaminan*tes* [19] sanctis quoque et angelis altare metuendum; tertio [20] de his erit sermo, qui confessis bene apertisque criminibus remedia paenitentiae actusque ipsos exomologesis administrandae (*y*) aut nesciunt aut recusant (*z*); postremo illud apertissimum enitemur ostendere [21] (*a*) quae

[12] cathecuminis *P.* [13] redeant *corr. e* redent *R.* [14] fructum huius operis *PR.* huius operis fructum *edd.*. [15] sermononum *exp.* no *P. erasae sunt litterae post* sermonum *P.* [16] sunt *PR. Tilius.* sint *edd.*. [17] conspectu *suprascr. litt.* s *P.* [18] ti midissimi *iunxit man. 2. P.* [19] contaminantes *pro* contaminant *ego.* [20] tercio *P.* [21] enite muros tendere *R.* nitemur ostendere quae sit aut agentibus. Paenitentia, aut etiam neglegentius *Barth. adu. p. 1958.*

Mnem. 1895. p. 195: „nodari in Pacianus inuenerat apud Vergilium, quem in deliciis habebat eumque „a paruulo didicerat" (ep. II. 4. in.) cf. Verg. Aen. 4. 138 sq. (de Dido): „cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum, Aurea purpuream subnectit fibula uestem.""

(*u*) catechumeni] cf. ad ep. III. 11 in.. Nota ex hoc loco discrimen inter catechumenos et fideles.

(*v*) huius operis] scil. paenitentiae agendae.

(*w*) erubescere aliquid] cf. ep. II. 3. „quid causam nominis erubescis?" c. 4. paraen. 8 i. f.: „quodsi fratrum oculos erubescitis." cf. annot. ad ep. III. 3. paraen. ib.: „meminimus quosdam remota etiam et uerecunda membrorum non erubescentes." Tert. de an. 27 (O. II. 600): „natura uenerauda est, non erubescenda."

(*x*) communicare] cf. ad ep. III. 6 i. f..

(*y*) administrare] cf. Tert. de cultu fem. II. 8 i. f. (O. I. 726): „quomodo autem grauitatem administrandae pudicitiae adhibebimus?" ib. 11 (ib. 731): „dei sermo administratur."

(*z*) recusare] ut c. 6: „qui criminibus admissis paenitentiam recusatis," et c. 3: „ut meritissimo tartarum non recusaret, qui" cet..

(*a*) enitemur ostendere] ut Cypr. test. praef. I. 1 (Hart. I. 36): „ostendere enisi sumus."

poena sit aut non agentibus paenitentiam aut etiam neglegentibus atque ideo [22] in uulnere suo ac tumore morientibus, quae *autem* [23] sit corona, quod praemium conscientiae maculas recta et ordinaria confessione purgantibus.

III. Primum igitur, ut diximus, de modo peccantium retractemus [24] (*b*) sedulo requirentes quae sint peccata, quae crimina, ne quis existimet propter innumera delicta, quorum fraudibus nullus immunis est, me omne genus [25] hominum [26] indiscreta (*c*) paenitendi lege constringere (*d*). Apud Moysen [27] et ueteres minimi [28] quoque peccati et quadrantis unius (ut ita dixerim) rei in eodem infelicitatis aestuario (*e*) uolutati [29] sunt: et qui sabbata uiolauerant et qui immunda contigerant et qui escarum uetita (*f*) praesumpserant et qui murmurabant (*g*) et qui pariete corrupto (*g**) et qui ueste maculata [30] (*h*) in templum summi regis intrauerant et qui altaria [1] his obnoxii

---

[22] idō *P.* [23] autem *PR.* rursus *edd.*. [24] retractemus *altera* e *e ras. P.* [25] genus *corr. e* genis *R.* [26] omne genus hominum *P.* omne hominum genus *R.* [27] moysen *ego.* mosen *PR. Migne. corr. e* moseun *R.* [28] minimi *e ras. e* memini *P.* [29] uoluntati *exp. litt.* n *P.* [30] maculata ta *suprascr. R.* [1] altaria *R. Migne.* altarium *P. edd.*.

(*b*) retractare] = tractare, disputare, disserere, considerare, ut sexcenties, imprimis apud Tertullianum. cf. Oehl. ad Tert. pat. 4 (O. I. 594). Blokhuis p. 162.

(*c*) indiscreta] h. e. sine discrimine.

(*d*) constringere] ut mox infra: „non omnibus astringimur quibus ueteres tenebantur." c. 5: „reatu mortis astringi," scil. implicari. cf. ep. III. 11 i. f.: „quid alligo quod nullo iure constringo?" Tert. pat. 8 (O. I. 602): „quiuis ictus ille sit dolore et contumelia constrictus." Cypr. de laps. 28 (Hart. I. 257): „nullo sacrificii aut libelli facinore constricti." Tert. pat. 11 (O. I. 607): „undique igitur astricti sumus officio patientiae administrandae."

(*e*) aestuarium] cf. Tert. de spect. 27 in. (O. I. 59): „quid facies in illo suffragiorum impiorum aestuario deprehensus?"

(*f*) escarum uetita] = escas uetitas, locutio latinitati posteriori perusitata.

(*g*) murmurare] apud sacros scriptores est γογγύζειν. i. e. cum indignatione, meticulosa tamen, et submissa uoce obloqui aut contradicere. cf. Gloss. Lat. Gr.: „murmurator, γογγυστής." cf. murmuratio, murmurator. Num. 20. 6. Exod. 16. 8. Sen. ep. 107. 9: „optimum est pati quod emendare non possis, et deum quo auctore cuncta proueniunt, sine murmuratione sequi."

(*g**) cf. Leu. 14. 33 sqq..

(*h*) cf. Leu. 13. 47 sqq..

manu contrectauerant [2] aut ueste contigerant [3], ut in caelum ascendere citius fuerit (*h**) aut emori satius quam haec uniuersa seruare. His igitur nos omnibus multisque praeterea carnalibus [4] uitiis [5], ut citius ad destinata perueniat<ur> [6], sanguis domini liberauit, redemptos a seruitute legis et libertate fidei emancipatos [7]. Ideoque apostolus Paulus [8] (*i*): »uos autem« [9] inquit »in libertatem uocati estis.« Haec illa libertas, quod non omnibus astringimur quibus ueteres [10] tenebantur, sed donata (ut ita dixerim) silua (*k*) delictorum et remediorum indulgentiae [11] destinata in pauca conclusi

[2] contrectauerant *prior* e *e ras. P.* [3] contigerant *corr. e* contegerant *R.* [4] carnalibus *corr. e uoce, quae non iam legi potest R.* [5] uiciis *P.* [6] peruenіatur *ego.* peruenіat *PR.* quisque peruenіat *edd..* [7] emancipatos *litt.* e *add. man. 2. R.* [8] paulus *erasa est* a *ante* p *P.* [9] autem *in ipso contextu posuit man. 2. sine rasura P.* [10] ueteres es *e ras. itemque ras. est post uoc. P.* [11] indulgentie *P.* indulgentiae *exp.* e *fin. R.* indulgentia *edd..*

(*h**) ut in caelum ascendere citius fuerit] „dicitur de re impossibili: citius caelum adscendero. Affine isti est pro re difficillima positum: Athon ascendere, Olympumue aut Caucasum. Sic contra qui uerum (leg. rerum) maximarum conatibus excidit, dicitur caelo cecidisse. Nonnus Dionys. 2. 625:

„ἔμπης εἰ νόον ἔσχες ὑπέρβιον, εἰ δὲ καὶ αὐτῷ
ἐλπίσιν ἀπρήκτοισιν ἐπεσκίρτησας Ὀλύμπῳ,
τεύξω σοι, παναπότμε, κενήριον" cet.. Sermo est ad Tiphoeum qui iam regnum Ioue pulso animo praeceperat." Barth adu. p. 1958. Praeterea cf. Cic. ad Att. 2. 1. 7: „nostri autem principes digito se caelum putent attingere." Ou. ex Ponto 2. 2. 9 sq.: „non ego concepi, si Pelion Ossa tulisset, Clara mea tangi sidera posse manu." Prop. 3. 30. 50: „tu prius et fluctus poteris siccare marinos Altaque mortali deligere astra manu." cf. Boot in Mnem. 1892. p. 114.

(*i*) Gal. 5. 13.

(*k*) silua] = inordinata et minus distincta quaedam copia, unde nulla sit cura agnoscenda; moles, aceruus. Barth adu. p. 2049, qui idem affert locum Corippi de laudibus Iustini:

„immensam siluam laudum, uir iuste, tuarum
„ingrediens, paucos nitor contingere ramos,"

qui locus haud scio an desumptus sit ex Theocriti idyllio illo notissimo in laudem Ptolemaei (id. 17. 9 sqq.):

„Ἴδαν ἐς πολύδενδρον ἀνὴρ ὑλητόμος ἐλθὼν
παπταίνει, παρεόντος ἄδην, πόθεν ἄρξεται ἔργου,
τί πρῶτον καταλέξω;" cet.

sumus et necessaria, quae et seruare facillimum esset credentibus et cauere, ut meritissimo tartarum non recusaret qui tantae donationis [12] ingratus ne haec quidem pauca seruasset. Quae sint autem ista uideamus.

IV. Post [13] domini passionem apostoli tractatis omnibus atque discussis [14] epistulam tradiderunt his, qui ex gentibus crediderant, perferendam. Cuius epistulae sententia haec fuit (*l*): »apostoli et presbyteri fratres his, qui sunt Antiochiae [15] et Syriae et Ciliciae fratribus, qui sunt ex gentibus, salutem. Quoniam audiuimus quosdam ex nobis exiisse [16] et conturbasse uos uerbis,« item infra (*m*): »uisum est [enim] [17] sancto spiritui et nobis nullum amplius imponi uobis pondus praeterquam *haec* [18]: »necesse est ut abstineatis [19] uos ab idolothytis [20] et sanguine et fornicatione, a quibus obseruantes [21] (*n*) bene agetis [22]. Valete.« Haec est noui testamenti tota conclusio. De *peccatis* <tam> *multis* [23] spiritus sanctus haec nobis capitalis periculi conditione *negauit* [24]; reliqua peccata meliorum operum compensatione [25] (*o*) curantur, haec

---

[12] donationis *R.* donatinis *P.* donationi *edd.*. [13] post p *om. P.* [14] discussis s *primam add. man. 2. P.* [15] antiochie *prior* i *e ras.*, ochie *in ipso contextu add. man. 2. sine rasura P.* [16] exisse *P.* [17] enim *om. P.* [18] haec *om. Migne.* [19] ab stineatis *iunxit man. 2. P.* [20] ydolotytis *corr. ex* idolotitis *R.* [21] obseruantes *suprascr.* s *fin. P.* [22] agetis *corr. ex* agentis *R. In medio margine codicis P. ascripta est manu posteriore littera* ꝛ *qua indicatur locum non esse perspicuum uel corruptum,* = *require, quod et plenum interdum reperitur. cf. Wattenbach, Lat. Pal. p. 94 i. f. sq.. Praef. p. VIII.* [23] de peccatis tam multis *ego.* de peccatis in multis *P.* despectus in multis *R.* depectus in multis *edd.*. dispectis in multis *uel* despectus in idoliis *Barth. adu. p. 2049.* [24] negauit *pro* legauit *ego.* [25] compensatione pensa *suprascr. man. 2. P.*

(*l*) Act. 15. 24, 25.

(*m*) Act. 15. 28, 29. cf. Tert. pud. 12 (O. I. 815) Cypr. test. III. 119 (Hart. II. 184).

(*n*) obseruare a] ut attendere ab aliqua re. ep. III. 21 s. f..

(*o*) compensatione] cf. Tert. paen. 6 (O. I. 653): „hac paenitentiae compensatione redimendam proponit impunitatem."

uero tria crimina ut basilisci alicuius afflatus (*p*), ut ueneni calix, ut letalis arundo (*q*) metuenda sunt: non enim uitiare animam, sed intercipere (*r*) nouerunt. Quare tenacitas humanitate redimetur [26], conuicium [27] satisfactione [28] (*s*) pensabitur, tristitia iucunditate [29] (*t*), asperitas [30] lenitate, grauitate leuitas [1], honestate peruersitas et quaecumque contrariis emendata proficiunt. Quid uero faciet contemptor dei? Quid aget sanguinarius (*u*)? Quod remedium capiet fornicator? Numquid aut placare dominum desertor ipsius poterit aut conseruare sanguinem suum qui fudit alienum aut redintegrare dei templum qui illud fornicando uiolauit? Ista sunt capitalia [2], fratres, ista mortalia. Nunc audite Ioannem et confidite, si [3] potestis: »si (*v*) quis scit« inquit »fratrem suum peccare [4] peccatum non usque ad mortem, petat [5] pro eo, et dabit illi uitam dominus, si quis deliquit peccatum non ad mortem. Est autem peccatum quod ad mortem ducit; non pro eo dico, ut depreceris« [6].

---

[26] redimitur *P. corr. e* redimetur *R. scripsi cum edd.*. [27] conuitium *R.* [28] satisfactione *litt.* c *suprascr. P.* [29] tristicia in ioconditate *P.* inconditate *R.* [30] asperitas *priore* s *suprascr. P.* [1] leuitas *edd.*. lenitas *PR.* [2] capitalia italia *e ras. P.* [3] *inter* si *et* potestis *erasum est aliquid P.* [4] peccare re *e ras. P.* [5] petat *corr. e* peccat *R.* [6] depreceris d *e ras. P.*

(*p*) ut basilisci alicuius afflatus] „angue peius uitandam rem maxime nocituram est prouerbialis locutio" Barth adu. p. 2049.

(*q*) letalis arundo] desumpsit P. e Verg. Aen. 4. 73: „haeret lateri letalis arundo."

(*r*) intercipere] cf. c. 7 i. f.. Significat suffocare, extinguere, h. e. damnare gehennae. Gloss. (Philoxeni. col. 122. ed. Vulc.): „interceptus, ἀποθανών."

(*s*) satisfactio] cf. ad ep. I. 5 s. f..

(*t*) iucunditas] = hilaritas, laetitia, ut iucundus = hilarus, laetus; iucundari = laetum hilaremque esse. cf. Iustin. 2. 295: „exoritur laetum iucunda per agmina murmur."

(*u*) sanguinarius] = sanguinis reus, ut eum uocat P. c. 5.

(*v*) 1 Ioann. 5. 16. cf. ep. III. 16. Tert. pud. 2 (O. I. 796). 19 i. f. (ib. 838).

V. Sed si placet etiam separatim audite de singulis. Moysen [7] pro blasphematore populo deprecantem [8] sic appellat (*w*) deus [9] (*x*): »si quis« inquit »deliquerit ante me, *deleam* [10] (*y*) illum de libro meo,« et de homicida dominus hoc iudicat (*z*): »si quis« inquit »gladio occiderit, gladio morietur.« Et de fornicatore apostolus dicit (*a*): »ne uiolaueritis« inquit »templum dei quod estis uos; qui autem templum dei uiolauerit, disperdet illum deus.« Scripta sunt haec, dilectis*simi* [11] fratres, et perpetuis caesa [12] monumentis [13]; scripta et incisa non dico ceris *uel* [14] (*b*) charta [15] et aere [16] uel calamo, sed libro dei uiui. »Caelum (*c*) et terra transibunt, iota unum« inquit »aut apex non poterunt transire prius quam omnia compleantur.« Quid ergo? Moriendum est? Multi *enim* [17] (*d*) animo [18] in [19] haec peccata ceciderunt; multi sanguinis rei, multis idolis [20] mancipati, multi adulteri. Addo etiam non solas manus in homicidio plecti [21], sed et omne consilium quod alterius animam impegit (*e*) in [22] mortem; nec eos tantum qui thura

---

[7] Moysen *P.* moyseun *exp. litt.* u *R.* Mosen *Migne.* Mosem *Bibl. pat. max. Lugd. p. 316. A. Bibl. uet. pat. Col. Agr. p. 245. A.* [8] deprecantem *om. P.* [9] deus *R.* dominus (dn̄s) *P.* [10] deleam *PR.* delebo *edd..* [11] dilectissimi (dilm̄i) *P.* dilecti *R.* DDFF „*dilectissimi fratres significari arbitror*" *in margine Tilius.* [12] cesa *P.* [13] monimentis *P.* [14] uel *pro* et *corr. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 195.* [15] carta *P.* [16] ere *P.* [17] enim *pro* etiam *ego.* [18] animo mo *e ras. P.* [19] in *add. man. 2. R.* [20] ydolis *P.* [21] plecti ecti *e ras. man. 2. P.* [22] in *inseruit man. 2. P.*

(*w*) appellat] = alloquitur. cf. c. 6: „uos ergo primum appello, fratres."
(*x*) Exod. 32. 33. cf. ep. III. 23.
(*y*) deleam] de hac futuri forma cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 290.
(*z*) Exod. 21. 12. cf. Leu. 24. 17.
(*a*) 1 Cor. 3. 17. cf. Tert. adu. Marc. V. 6 (O. II. 292). pud. 16 in. (O. I. 826). 18 (ib. 834).
(*b*) uel] ut scribamus „requirit concinnitas membrorum sententiae, quam minime neglexit Pacianus" v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 195.
(*c*) Matth. 5. 18. cf. Luc. 16. 17.
(*d*) enim] scripsi pro etiam, quod irrepsit e sequenti addo etiam.
(*e*) impingere in] = irruere, act. impelllere in. Tert. pud. 13 (O. I. 820 in.): „illis enim uenia negatur qui de fide in blasphemiam impegerunt." pat. 5 (O. I. 595): „eandem impingendo in crimen homini aduo-

mensis [23] (*f*) adoleuere (*f**) [24] profanis [25], *sed omnem dissipauerint* . . . . [26] (*g*) <nec modo adulteros> [27], sed omnem prorsus libidinem extra uxorium torum et complexus licitos euagantem, reatu mortis astringi. Haec quicumque post fidem (*h*) fecerit, dei faciem [28] non uidebit. Desperauere [29] tantorum criminum rei. Quid uobis ego feci? Numquid non fuit in potestate ne fieret? Nullusne admonuit? Nemo praedixit? Tacuit ecclesia? Nihil euangelia dixerunt? Nihil apostoli

---

[23] *post* mensis *erasum est aliquid P.* [24] adoleuerunt *P.* [25] profanis, sed omnem dissipauerint, sed omnem prorsus *PR.* sed omnem dissipauerint *om. edd..* [26] *hiatum indicauit v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 196.* [27] nec modo adulteros *inserui ego. In margine litt.* r *man. 2. habet P. cf. ad. c. 4.* [28] uultum *pro* faciem, *et hiatum post* uidebit *notat Barth. adu. p. 2051.* [29] desperauerunt *P.* desperant fere *Barth. ib.*

---

cauit." adu. Marc. IV. 7 (O. II. 168). praescr. haer. 30 (O. II. 27): „in alteram feminam impegit." adu. Marc. V. 16 (O. II. 323): „qui eum mittit ad impingendos eos in errorem." (Cypr.) de sing. cler. 19 (Hart. III. 195): „impingere in uulnificos amplexus." Lact. diuin. instit. 4. 29 in.: „in maximum impingit errorem." ib. 2. 3: „impingere se in lapides." cf. Blokhuis p. 143 sq..

(*f*) mensae profanae] „sunt altaria dedicata idolis. mensa est ara" Barth adu. p. 2051, qui e Verg. affert Aen. 2. 763 sq.: „huc undique Troia gaza Incensis erepta adytis mensaeque deorum" cet. cf. c. 7 in. Fest. 157 (b). 25. 157 (a). 20 sq.. Paul. ex Fest. 64. 11.

(*f**) adolere] „ist ein sakraler Ausdruck, anfachen, in Opferdampf aufgehen lassen (Verg. Aen. 3. 547: „praeceptisque Heleni, dederat quae maxima, rite Iunoni Argiuae iussos adolemus honores"); dann mit Opferdampf erfüllen, Opferdampf aufsteigen lassen wie bei Lucr. 4. 1231: „adolent altaria donis; Verg. Aen. 7. 71: „castis adolet altaria taedis"; 1. 704: „flammis adolere Penatis (i. e. focos); Sil. 11. 275.: „adolere focos"; Tac. ann. 14. 30: „cruore captiuo adolere aras et hominum fibris consulere deos fas habebant." Das Immediatiuum dazu ist adolescere, wie Verg. Georg. 4. 379: „adolescunt ignibus arae."" Heräus ad Tac. hist. 2. 3.

(*g*) de hiatu cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 196.

Ad sententiam cf. Tert. idolol. 4 (O. I. 70).

(*h*) post fidem] = fidem christianam amplexus. Breuiloquentia apud ecclesiasticos frequentissima in usu ante et post praepositionum cf. infra: „post scelera." Tert. bapt. 20 (O. I. 640): „post aquam" = post aquam baptismi impetratam. id. monog. 11 (O. I. 779): „post fidem." pud. 1 (O. I. 749): „post fidem." pud. 18 (ib. 834): „ante fidem." Plura e Tertulliano dabit Oehl. ad. Tert. Scorp. 11 (O. I. 526). Cypr. ep. 27. 2 (Hart. II. 542 in.): „post quas litteras" cet.. ep. 58. 13 (Hart. II. 681): „post peccata sanentur." et saepius.

comminati sunt? Nihil <ir>rogauit [30] (*i*) sacerdos? Quid quaeritis sera solatia? (*k*) Tunc decuit [1] cum licebat. Dura ista uox est: »*si* [2] (*l*) qui uos felices dicunt, in errorem uos mittunt et semitas pedum uestorum conturbant«: facinoris uiam monstrat [3] innoxiis qui nocentibus post scelera blanditur.

VI. Ergo, inquiet aliquis, perituri sumus? Et ubi misericors deus, qui mortem non inuenit nec laetatur (*m*) in perditione uiuorum? Moriemurne in peccatis nostris? Et quid facies [4] tu sacerdos? Quibus emolumentis (*m**) tot ecclesiae [5] detrimenta pensabis? Accipite remedium, si desperare coepistis [6], si miseros [7] uos agnoscitis, si timetis. Qui nimium [8] confidit, <indulgentia> [9] indignus est. »Super quem respi-

---

[30] irrogauit *pro* rogauit *van der Vliet, Mnem. 1895. p. 196.* [1] decuit e *e ras. P.* [2] si *P.* sed *R. edd..* [3] monstrat *corr. e* monstra *R. In margine h.l. man. 2. add. siglum* ⸗ *de quo uide ad ep. III. 4.* [4] facies ci *e ras. P.* [5] ecclesiae tot *Barth. adu. p. 2051.* [6] cepistis *P.* [7] miseros s *fin. suprascr. P.* [8] niminum *exp. altera* n *P.* [9] indulgentia *inseruit v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 196.*

(*i*) irrogare] „idem fere potest quod minari. cf. c. 12, ubi citatur locus Ioelis prophetae: „est enim (deus) mitis et patiens et multae miserationis et qui sententiam flectat aduersus malitias irrogatam." idem locus affertur ep. I. 5" v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 196.

(*k*) sera solatia] cf. ep. I. 5 in.: „nec tarda solamina ingerere sacerdotes aut docere cogantur."

(*l*) si qui uos felices dicunt cet.] Es. 3. 12, quem locum affert Cypr. de laps. 14 (Hart. I. 247) et addit: „qui peccantem blandimentis adulantibus palpat peccandi fomitem subministrat nec comprimit delicta ille, sed nutrit." cf. Cypr. test. III. 115 (Hart. I. 182). ep. 34. 2 (Hart. II. 569). Pac. ep. I. 5 in.: „ne peccandi iter aperiant sacerdotes, dum peccanti remediis blandiuntur."

(*m*) nec laetatur] alludit P. ad Ezech. 33. 11: „malo paenitentiam peccatoris quam mortem", ut locum illum affert ep. III. 8 in..

(*m**) emolumentum] opp. detrimentum. cf. ad c. 1, et adde locos Cic. de fin. I. 16. 53: „plusque in ipsa iniuria detrimenti est quam in iis rebus emolumenti, quae pariuntur iniuria." ib. 3. 21. 69: „ut uero conseruetur omnis homini erga hominem societas, coniunctio, caritas, et emolumenta et detrimenta, quae ὠφελήματα et βλάμματα appellant, communia esse uoluerunt; quorum altera prosunt, nocent altera."

ciam« inquit dominus [10] (*n*) »nisi supra [11] humilem et quietum et trementem uerba mea?« Vos ergo primum appello (*o*), fratres, qui criminibus admissis paenitentiam recusatis (*p*); uos, inquam [12], post impudentiam timidos (*q*), post peccata uerecundos, qui peccare non erubescitis et erubescitis confiteri, qui cum mala conscientia dei sancta contingitis et altare domini non timetis, qui ad manus sacerdotis, qui in conspectu angelorum sub fiducia [13] (*r*) innocentiae acceditis, qui diuinae patientiae [14] insultatis, qui tacenti domino deo, uelut nescienti, pollutam animam et profanum [15] corpus ingeritis (*s*). Audite [16] quid fecerit dominus, tum deinde quid dixerit [17]. Cum populus Hebraeorum Hierosolymis [18] arcam domini reportaret ex domo [19] Aminadab Israëlitis, Ozas (*t*), qui non explorata conscientia latus arcae [20] attigerat [21], occisus est; et tamen ille non ut aliquid ex ea sumeret [22], sed ut declinantem ad lapsum uituli contineret, accesserat [23]. Tanta infuit cura diuinae reuerentiae, ut audaces manus nec (*u*) ob auxilium sustineret (*v*). Clamat idem dominus et dicit [24] (*w*):

---

[10] super quem respiciam inquit dominus *P.* super quem inquit respiciam dominus *R.* super quem inquit dominus respiciam *edd.*. [11] supra *e ras. pro* super *P.* [12] inquam $\overline{\text{a}}$ *e ras. man. 2. P.* [13] fidutia *P.* [14] pacientie *P.* [15] prophanum *P.* [16] audite *erasum aliquid ante* a *habet P.* [17] *post* quid dixerit *erasum est aliquid et posita interpunctio; a man. 2. P.* [18] ierusolimis *P.* [19] ex domo *PR.* et ex domo *edd.. cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 196.* [20] are *suprascr. litt.* c *P.* [21] attigerat i *corr. ex* e *P.* [22] sumeret *corr. e* sumere *R.* [23] accesserat *corr. ex* ascesserat *R.* [24] dicit *corr. e* dicet *R.*

(*n*) Es. 66. 2. cf. Cypr. test. III. 5 (Hart. I. 117). ib. III. 29 (ib. 134). ep. 26. 1 in. (Hart. II. 539).
(*o*) appello] = alloquor, ut c. 5 in..
(*p*) recusatis] ut c. 2 i. f.
(*q*) post.... timidos cet.] repetit fere quae dixit c. 1.
(*r*) fiducia] scil. uana, confidentia. cf. ad ep. I. 2 s. f..
(*s*) ingerere] cf. ep. I. 5 in. ep. II. 7 in..
(*t*) Ozas.... occisus est] cf. 2 Reg. 6. 6, 7.
(*u*) nec] = ne.. quidem. cf. ad. ep. III. 5 med..
(*v*) sustinere] = tolerare. cf. c. 9: „qui secari et exuri sustineat." ib. i. f.: „qui potuerit tolerare (scil. sectionem), sanabitur." cf. Blokhuis p. 168.
(*w*) Leu. 7. 19, 20. cf. (Cypr.) de aleat. 8 (Hart. III. 101). Cypr. test. III. 94 (Hart. I. 176). de laps. 15 (ib. 248).

»omnis mundus manducabit carnem et anima quaecumque contigerit de carne sacrificii salutaris [25] et immunditia [26] *eius* [27] super illa*m* [28] est; *periet* [29] (*x*) anima illa de populo.« Antiquane [30] ista sunt et modo non fiunt? Quid ergo? Desiit deus nostra curare, an ultra conspectum mundi recessit et neminem spectat e caelo? An patientia illius ignorantia est? Absit (*y*), inquies. Videt [1] ergo quae facimus, sed utique expectat et patitur et [2] paenitentiae tempus indulget et Christo suo praestat [3] ut differat (*z*), ne cito pereant quos redemit. Bene tu [4], peccator, intellege: spectaris a domino, potes illum placare [5], si uelis.

VII. Sed antiquum sit istud quod ad mensam (*a*) dei accedere non licuit immundis. Euoluite (*b*) apostolos et nouella (*c*) cognoscite. In prima Corinthiorum Paulus haec intulit (*d*): »quicumque manducauerit« inquit [6] »aut [7] biberit calicem domini indigne, reus erit corporis et sanguinis domini.« Item infra (*e*): »qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non discernens corpus do-

[25] salutaris s *fin. suprascr. P.* [26] immundicia ci *e ras. P.* [27] eius *om. edd..* [28] illam *PR. Tilius.* illa *edd..* [29] periet *PR.* pereat *edd.* [30] antiquane *altera* a *e ras. P.* [1] uidet ergo quae facimus *R. edd..* uidete ergo quid facimus *P.* [2] et *e ras. P.* [3] praestat (p̄stat) a *e ras. P.* [4] te *pro* tu *Barth. adu. p. 2070.* [5] placare *P.* placere *R.* [6] quicumque manducauerit inquit *P.* quicumque inquit manducauerit *R. edd..* [7] *inter* inquit *et* aut *erasum est aliquid, itemque post* calicem *et post* erit *P.*

(*x*) periet] in pereat uel peribit non est cur mutemus. De futuri forma periet cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 293.
(*y*) absit] cf. ad ep. II. 7 in. et ad paraen. 1 i. f..
(*z*) differre] abs., nostrum uitstel geven.
(*a*) mensa] cf. ad c. 5.
(*b*) euoluere] cf. ep. I. 5: „euolue quae spiritus dicat ecclesiis." Tert. paen. 8 (O. I. 658): „euolue quae spiritus ecclesiis dicat."
(*c*) nouellus] cf. ad ep. I. 1.
(*d*) 1 Cor. 11. 27. cf. Cypr. test. III. 94 (Hart. I. 176). de laps. 15 i. f. (Hart. I. 248). ep. 15. 1 i. f. (Hart. II. 514). ep. 16. 2 i. f. (ib. 519). ep. 75. 21 i. f. (Hart. II. 823 sq.).
(*e*) ib. 29—32.

mini. Propterea« inquit »inter uos multi infirmi [8] et aegri et dormiunt multi. Quod si nos ipsos iudicaremus [9], non utique iudicaremur [10]; cum iudicamur autem, a domino corripimur [11], ut non cum hoc mundo damnemur.« Intremuistis an non? »Reus erit« inquit »corporis et sanguinis domini.« Humanae animae reus non posset absolui, dominici corporis uiolator euadet [12]? »Qui manducat« [13] inquit »et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.« Euigila, peccator, time in uisceribus tuis praesens [14] iudicium, si quid tale fecisti. »Propterea« inquit »inter uos multi infirmi [15] et aegri [16] et dormiunt multi.« Iam si quis futura non metuit, uel praesentem aegritudinem praesentemque [17] obitum reformidet. »Cum iudicamur« inquit »a domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.« Laetare, peccator, si in hoc saeculo aut morte interciperis aut languore [18] (*f*) consumeris, ne puniaris [19] post saeculum. Intellege quantum sceleris admittat qui ad altare uenit indignus, cui pro remedio computatur, cum aut morbis laborat aut morte dissoluitur.

VIII. Quod si uestra [20] uobis uilis (*g*) est anima, parcite populo, parcite sacerdotibus. Clamat apostolus (*h*): »exiguum fermentum [21] totam massam fermentat.« Quid facies tu, propter quem omnis massa corrumpitur, propter quem labo-

---

[8] *post* infirmi *erasum est aliquid*, *itemque post* dormiunt *P.* [9] iudicaremus *corr. ex* iudicaremur *P.* [10] iudicamur re *add. man. 2. P.* [11] cum iudicamur .... corripimur *in margine R.* [12] euadet *pro* euadit *corr. v. d. Vliet*, *Mnem. 1895. p. 196.* [13] manducat .... bibit *edd.*. manducauerit .... biberit *PR.* [14] praesens sens *in margine ipse scriba P.* [15] *post* infirmi *erasum est aliquid P.* [16] egri *P.* [17] praesentemque *corr. e* praetendemque *R.* [18] langore *P.* [19] puniaris ri *e ras. P.* [20] uestra u *e ras. P.* [21] fermentum *prior* e *e ras. P.*

(*f*) languor] = morbus. cf. ad ep. III. 21 in..
(*g*) **U**estra **U**obis **U**ilis] nota allitterationem.
(*h*) 1 Cor. 5. 6. cf. Tert. pud. 13 i. f. (O. I. 820). 18 (ib. 833).

ratura est tota fraternitas (*i*)? Viues tot animarum reus? Excusaberis cum tibi communionem [22] (*k*) suam imputauerint [23] innocentes, cum te ecclesia dixerit suae cladis auctorem? Ecce iterum apostolus ad sacerdotem (*l*): »manus cito nulli imponas nec communices alienis peccatis [24].« Quid facies tu, qui decipis sacerdotem, qui aut ignorantem fallis aut non ad plenum (*m*) scientem probandi difficultate confundis [25]? Rogo ergo uos, fratres, etiam [26] pro periculo meo, per illum dominum, quem occulta non fallunt, desinite uulneratam tegere [27] conscientiam. Prudentes [28] aegri [29] (*n*) medicos non uerentur, ne in occultis quidem corporum partibus etiam secaturos [30], etiam perusturos [1]. Meminimus [2] quosdam remota etiam et uerecunda membrorum non erubescentes (*o*), in ferro et cauterio et grauissima illa pulueris mordacitate durasse (*p*). Et quantum est illud, quod homines praestiterunt! Peccator timebit, peccator erubescet perpetuam uitam praesenti pudore [3] mercari

---

[22] discommunionem *Barth adu. p. 2071.* [23] imputauerint *e ras. man. 2. ex* impuetaerint *exp. priore* e, *litt.* v *suprascr. inter* a *et* e *P.* [24] ālienis peccatis *PR.* peccatis alienis *edd..* [25] confundis *corr. e* confundit *R.* [26] etā *P.* [27] tegere *PR.* „regere, *legendum est* tegere" *in margine Tilius.* [28] prudentes *altera* e *e ras. P.* [29] *post* egri *erasum est aliquid, itemque post* medicos *P.* [30] secaturos a *e ras. P.* [1] perusturos *corr. e* perustoros *R.* [2] meminimus *e ras. P.* [3] pudore o *e ras. P.*

(*i*) fraternitas] „totum populum christianum designat" Barth adu. p. 2070. cf. ep. III. 5 in..

(*k*) communio] = contagio.

(*l*) 1 Tim. 5. 22. cf. ep. III. 19 i. f. Tert. bapt. 18 in. (O. I. 637). pud. 18 (O. I. 833).

(*m*) ad plenum] cf. ep. III. 11 in..

(*n*) prudentes aegri cet.] imitatus est P. Tert. paen. 10 (O. I. 661), quem locum attuli ad ep. I. 1. cf. et locus Luciferi Cal. ibidem allatus.

(*o*) erubescere] cf ad c. 2.

(*p*) in ferro et cauterio .... mordacitate] cf. Tert. paen. l.l. (p. 662): „miserum est secari et cauterio exuri et pulueris alicuius mordacitate cruciari" [anxiari, Oehler].

et offerenti manus domino uulnera male tecta subducet [4]? Et habet aliquid quod in illo [5] erubescat, qui dominum laesit? An sic [6] illi melius est perire [7] (*r*), ne tu pudore timidus [8] sine pudore moriaris, <sed>[9] non faciens pudori locum, plus de detrimento eius acquiras [10] cui *per* [10*] te melius est perire? Quod si (*s*) fratrum oculos erubescitis [11], consortes casuum [12] uestrorum timere nolite. Nullum corpus membrorum suorum uexatione laetatur, *immo* [13] pariter dolet et ad remedium collaborat. In uno et altero ecclesia est, ecclesia uero Christus [14]. Atque ideo qui fratribus peccata sua non tacet [15], ecclesiae lacrimis adiutus Christi precibus absoluitur.

IX. Nunc (*t*) ad eos sermo sit, qui bene ac sapienter uulnera sua paenitentiae nomine confitentes, nec quid sit

---

[4] subducet *altera* u *e ras. P.* [5] in seculo *pro* in illo *Barth adu. p. 2071.* [6] sic c *add. man. 2. P.* [7] perire ne tu *edd.*. perire nisi tu *P.* perirent tu *R.* [8] timidus *corr. e* timidos *R.* [9] sed *inseruit v. d. Vliet, Mnem. 1892. p. 282.* [10] adquiras *P.* [10*] per *pro* pro *ego.* [11] erubescitis *corr. ex* erubescetis *R.* [12] *post* casuum *erasum est aliquid P. In medio margine siglum*  *add. man. 2. P.* [13] immo *PR. Tilius. om. edd.*. [14] ecclesia uero Christus *R. Tilius.* ecclesia uero Christus est *P.* in ecclesia uero Christus *edd.*. [15] *in medio margine uidetur rasura P.*

(*r*) an sic illi .... perire] Tert. l.l.: „ego rubori locum non facio, cum plus de detrimento eius acquiro, cum ipse hominem quodammodo exhortatur: ne me respexeris, dicens, per te mihi melius est perire." cf. v. d. Vliet, Mnem. 1892. p. 282.

(*s*) quodsi cet.] Tert. l.l.: „quid consortes casuum tuorum ut plausores fugis? Non potest corpus de unius membri uexatione laetum agere: condoleat uniuersum et ad remedium collaboret necesse est. In uno et altero ecclesia est, ecclesia uero Christus. Ergo cum te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras. Aeque illi cum super te lacrimas agunt, Christus patitur, Christus patrem deprecatur. Facile impetratur semper quod filius postulat."

(*t*) nunc] transit ad eos fideles „qui confessis bene apertisque criminibus remedia paenitentiae actusque ipsos exomologesis administrandae aut nesciunt aut recusant" (c. 2.).

paenitentia, nec quae uulnerum medicina nouerunt; similesque [16] sunt illis, qui plagas quidem aperiunt ac tumores <morbos>*que* [17] etiam *medicis* assidentibus confitentur, sed admoniti, quae imponenda sunt, neglegunt, et quae bibenda fastidiunt [18]. Quod tale est ac si dicat aliquis: ecce ego aeger [19], ecce ego uulneratus sum, sed nolo curari. *Stolidum* [20] hoc erat, sed uidete quod [21] stultius: additur etiam morbus ad causam [22] (*u*) et uulnus [23] adiungitur et contraria quaeque imponuntur, perniciosa potantur. Quo maxime malo fraternitas [24] (*v*) haec laborat delictis [25] ueteribus noua insuper adiungendo peccata. Ergo grauius erupit in uitium [26] *et* [27] perniciosissima iam *labe* [28] cruciatur. Quid ergo faciam nunc sacerdos qui curare compellor [29]? Serum est in eiusmodi (*w*) <medicina (*x*) uti> [30]. Verumtamen si quis est uestrum, qui

---

[16] similesque *corr. e* similes quae *R.* [17] morbosque etiam medicis assidentibus *coniecit v. d. Vliet*, *mecumque benigne communicauit u. cl.*. medicisque etiam assidentibus *PR. edd.*. [18] fastiunt *suprascr.* di *R.* [19] eger *P.* [20] sed nolo curari stomachum. Hoc erat *PR.* sed nolo curari. Stomachandum hoc erat *Latinius.* sed nolo curari, <nolo deligari>. Stultum hoc erat *v. d. Vliet*, *Mnem. 1895. p. 197.* ecce ego aeger, ecce ego uulneratus sum, sed nolo curari stomachum, <nolo deligari uulnus>. Stolidum *altera suspicio est eiusdem uiri cl.*. stomachum *in* stolidum *mutaui ego.* [21] quod *pro* quid *ego.* [22] nauseam *pro* causam *v. d. Vliet*, *Mnem. 1895. p. 197.* [23] et uulnus <uulneri> adiungitur *id. ib.*. [24] fraternitas *ras. supra* ra *P.* [25] delictis e *ex* i *corr. man. 2. P.* [26] uicium *P.* [27] et *om. Migne.* [28] labe *P.* tabe *R. edd.*. [29] curare compellor *corr. e* curam recompellor *R.* [30] medicina uti *inserui ego.*

(*u*) causa] = morbus, ut interdum, imprimis apud medicos. cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 306. Oehl. ad Tert. pud. 20 (O. I. 841). Non est igitur cur pro causam scribamus nauseam, dummodo ad et uulnus adiungatur mente suppleamus ad causam.

(*v*) fraternitas] cf. ep. III. 5 in.. paraen. 8 in..

(*w*) eiusmodi] cf. ad ep. I. 5 i. f..

(*x*) medicina] post modi facile excidit, idemque mox ualet de uerbo sanare post uocab. possum.

secari et exuri (*y*) sustineat, adhuc possum <sanare>[1] (*x*). Ecce scalpellum propheticum (*a*): »conuertimini« inquit »ad dominum deum [2] uestrum simulque ieiunio et fletu et planctu et scindite corda uestra«. Nolite hanc secturam timere, dulcissimi. Sustinuit illam Dauid (*b*), iacuit in cinere (*c*) sordenti, sacco insuper horrente deformis. Ille quondam gemmis [3] assuetus [4] et purpuris, texit in ieiunio animam suam; cui maria, cui siluae, cui flumina [5] seruiebant, promissasque diuitias terra parturiens, madidus lacrimis consumpsit oculos illos, quibus gloriam dei uiderat: infelicem [6] se miserumque con-

---

[1] sanare *inseruit v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 197.* [2] deum *suprascriptum est R.* [3] gemmis i *add. man. 2. P.* [4] assuetus *corr. ex* adsuetus *R.* [5] flumina i *ras. corr. ex* a *man. 2. P.* [6] et *ante* infelicem *inserunt edd.*.

(*y*) secari et exuri] cf. ep. III. 9: „nolet ergo ille sanatus iterum se secari, rursus exuri?" Salu. gub. dei 7. 1: „nec ferri desectione nec cauteriorum adustione sanamur."

(*x*) sanare] „ut hoc uerbum inseramus, admonet finis capitis" v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 197.

(*a*) Ioel. 2. 12, 13. cf. ep. I. 5. ep. III. 16 i. f..

(*b*) Dauid] 2 Reg. 12. 16.

(*c*) in cinere .... sacco] mos fuit supplicantium, ut stratis ciliciis et cinere conspersi insiderent. cf. Ioseph. ant. 20. 5. Luc. 10. 3. Hieron. ep. ad Marcellam: „sedere aptum est otiosis, in sacco iacere paenitentibus." Hieron. ad Paulum de obitu Blesillae: „flentesque hodie Iudaei et nudatis pedibus in cinere uolutati sacco incubant; ac ne quid desit superstitioni, ex ritu uanissimo Pharisaeorum primum cibum lentis accipiunt." Tert. paen. 9 (O. I. 660): „de ipso quoque habitu atque uictu mandat (scil. exomologesis) sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum maeroribus deicere, illa quae peccauit tristi tractatione mutare, ceterum pastum et potum pura nosse, non uentris scilicet, sed animae causa, plerumque uero ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrimari et mugire dies noctesque ad dominum deum tuum, presbyteris aduolui et caris dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suae iniungere." Rufin. h. e. 11. 33 (de Theodosio imperatore): „ante martyrum et apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus et auxilia sibi fida sanctorum intercessione poscebat." Epiph. in haer. 59. Nouatian. c. 7: „αὐτοὶ ἐὰν ἐνδείξωνται τελείαν τὴν μετάνοιαν, ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθεσθέντες." cf. Tert. ieiun. 16 (O. I. 877). pat. 13 (O. I. 610). cf. praeterea Pac. paraen. 10 et ib. i. f.. 11 in.. Heinichen ad Euseb. h. e. 2. 10. 8. „ductus autem mos ille uidetur per publicum uagandi cinere insperso capiti ab Aegyptiis, de quibus lege Diod. 1. 91" Barth adu. p. 1880.

fessus est pater Mariae [7] (*d*). Iudaei etiam [8] dominator imperii (*e*), rex ille Babylonius (*f*), exomologesin desertus operatur [9] (*g*) et septenni [10] squalore decoquitur (*h*); leonum in illo iubas [11] impexa (*i*) caesaries et barba*tus* [12] horror exuperat, et longe incuruis unguibus manus horrentes [13] aquilas mentiuntur (*k*), cum faenum in morem bouis [14] ederet pallentium ruminator herbarum (*l*). Haec tamen illum deo poena commendat et in sua quondam regna restituit. Quem horrebant homines, deus recipiebat, ipsa illa malae tractationis calamitate [15] felicem. Ecce sectio, quam spopondi [16]; qui potuerit tolerare, sanabitur.

X. Admouebo adhuc ignes [17] de cauterio apostolico; uide-

---

[7] *Interpunctionem mutaui ego; uulgo sic legitur:* et infelicem se miserumque confessus est pater Mariae, Iudaei etiam dominator imperii. Rex ille *e. q. s.*. [8] etiam *corr. ex* et iram *R.* [9] desertus operatur *corr. e* desertos operator *R.* [10] septuenni *PR.* [11] iubas as *e ras. P.* [12] barbatus *corr. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 197.* barbarum *PR. Tilius.* barbarus *edd.*. [13] horrentes *suprascr. litt.* s *P.* [14] bouis *suprascr. litt.* s *P.* [15] calamitate *inseruit man. 2. P.* [16] sponpondi *exp. priore* n *P.* [17] ignes *corr. ex* ignis *R.*

(*d*) pater Mariae] scil. Dauid, e cuius genere erat Maria. Pater igitur ualet proauus, voorvader.

(*e*) Iudaei dominator imperii] Nabuchodonosor. cf. 4 Reg. 24. 10 sqq..

(*f*) rex Babylonius] cf. ep. I. 5. Tert. paen. 12 (O. I. 664): „peccator restituendo sibi institutam a domino exomologesin sciens praeteribit illam, quae Babylonium regem in regna restituit? Diu enim paenitentiam domini immolarat, septenni squalore exomologesin operatus, unguium aquilinum in modum efferatione et capilli incuria horrorem leoninum praeferente. Pro malae tractationis! Quem homines perhorrebant, deus recipiebat." pat. 13 (O. I. 610): „sic ille rex Babylonius offenso domino cum squalore et paedore septenni ab humana forma exulasset, immolata patientia corporis sui et regnum recuperauit et, quod optabilius homini est, satis deo fecit." cf. Dan. 4. 28 sqq..

(*g*) operari] „est facere, expedire, opere implere" Barth. adu. p. 2072. Sollemne est de omnibus, quae fiunt in honorem dei uel deorum.

(*h*) decoquere] cf. c. 11. s. f..

(*i*) impexa caesaries] cf. Claud. de magnet. 10: „repexa caesaries." Hor. od. 1. 15. 14: „pectes caesariem." Verg. Georg. 3. 366. Ou. fast. 3. 398.

(*k*) mentiri] cf ad ep. II. 8 in..

(*l*) pallentium ruminator herbarum] mutuatus est P. a Verg. ecl. 6. 54 (de Pasiphaae tauro): „ilice sub nigra pallentes ruminat herbas." cf. Tibull. 1. 8. 17.

amus an ferre possitis. »Iudicaui« inquit (*m*) »congregatis uobis et spiritu meo in uirtute [18] domini *nostri* [19] Iesu Christi tradere [20] eiusmodi [21] (*n*) satanae [22] in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in diem domini.« Quid dicitis [23] paenitentes? Vbi est uestrae carnis interitus? An quod in ipsa paenitentia lautiores semper inceditis, conuiuio [24] farti, balneis [25] expoliti, ueste compositi [26] (*o*)? Ecce aliquem uideo aliquando frugi, aliquando pauperculum, aliquando [27] uili tunica sordulentum (*p*). Nunc bene cultus et locuples [28] et decorus est, quasi imputet deo quod illi seruire non potuit et morientem animam recreet [29] uoluptate [30] membrorum. Bene quod (*q*) mediocres sumus, ceterum [1] et illa faceremus quod quosdam et quasdam non pudet lautiores: *margaritis* [2] (*r*)

---

[18] uirtute *corr. e* uirtutem *R.* [19] nostri *P. om. R. edd..* [20] tradere *corr. e* credere *R.* [21] eiusmodi hominem *edd..* [22] sathane *P.* [23] dicitis *suprascr. litt.* s *P.* [24] *post* conuiuio *est rasura P.* [25] balneis s *add. man. 2. P.* [26] compositi i *finalis e ras. ex* a *P.* [27] aliq̄ *P.* [28] locuples s *e ras. man. 2. P.* [29] *post* recreet *exp. est* et *R.* [30] uoluptate *corr. e* uoluptatae *R.* [1] ceterum c *e ras. P.* [2] margaritis *pro* marmoribus *Barth adu. p. 2073.*

(*m*) 1 Cor. 5. 3—5. cf. Tert. adu. Marc. V. 7 (O. II. 293). pud. 2 (O. I. 795). 13 (ib. 820). 20 (ib. 841).

(*n*) eiusmodi] cf. ad ep. I. 5 i. f.; constructionem uocabuli eiusmodi ignorantes hominem inseruerunt edd..

(*o*) ueste compositi] cf. ep. III. 25: „pars illa indumenti tegit, ista componit."

(*p*) sordulentus] „est sordibus inquinatus, licet non plane sordidus" Barth. adu. p. 2073. Ad locum cf. Tert. paen. 11 (O. I. 662): „quid si praeter pudorem, quem potiorem putant, etiam incommoda corporis reformident, quod illotos, quod sordulentos, quod extra laetitiam oportet deuersari in asperitudine sacci et horrore cineris et oris de ieiunio uanitate?"

(*q*) bene quod .... ceterum] similis structura est apud Cypr. cath. eccl. un. 20 (Hart. I. 228 in.): „neque enim confessio facit liberum a fraudibus diaboli, ceterum numquam in confessoribus fraudes et stupra et adulteria uiderimus." Bene quod, frequenter hac formula utitur Tert.. cf. Oehl. ad Tert. pud. 19 in. (O. I. 835). ad Tert. idolol. 5 (O. I. 74).

(*r*) margaritis] recepi Barthii (adu. p. 2073) coniecturam. „Vniones enim" inquit „contexebant ueteres in monilia integra intersertis aliis pretiosis lapidibus, ut membra integra eis uelut tegerentur," et affert Cypr. de hab. uirg. 13 (Hart. I. 197): „neque enim deus coccineas aut purpureas oues

tegi, auro opprimi, serico fluere, cocco rubescere; si quid ferruginei pulueris in supercilio fulg*u*ret [3] aut ficti nitoris in genas [4] rutilet [5] aut coacti ruboris (*s*) in labia desudet. Ista forsitan non habetis [6]; non desunt tamen uobis hortulani [7] maritimiue secessus (*t*) et exquisitius *balneum* [8] et lautiora conuiuia et defaecatio (*u*) senectutis <uini> [9] (*v*). Sic agite (*w*), sic credite, quando uiuetis? Non sustineo [10] iam, fratres. Daniel [11] cum sodalibus suis sacco (*x*) tectus et cinere, ieiunio

[3] fulguret *P.* fulgeret *R. edd.*. [4] genas *suprascr. litt.* s *P.* [5] rutilet *corr. e* rutulet *R.* [6] habetis ha *add. man. 2. P.* [7] ortolani l *e ras. P.* [8] balneum *pro* uinum *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 197.* [9] uini *inseruit v. d. Vliet, ib.* [10] sustineo o *e ras. P.* [11] Daniel *P.* Danielus *R. Bibl. patr. max. Lugd. IV. p. 317. B. Bibl. uet. patr. Col. Agripp. IV. p. 246. B.*

fecit aut herbarum sucis et conchyliis tinguere et colorare lanas docuit nec distinctis auro lapillis aut margaritis contexta serie et numerosa compage digestis monilia instituit, quibus ceruicem quam fecit absconderet, ut operiatur illud, quod deus in homine formauit et conspiciatur id desuper quod diabolus inuenit." Addere potuit Cypr. ib. 13 (Hart. ib.): „sericum et purpuram indutae Christum induere non possunt, auro et margaritis et monilibus adornatae ornamenta cordis ac pectoris perdiderunt." Sua autem, et in iis quae sequuntur, desumpsit Pacianus e Tert. paen. 11 (O. I. 662): „num ergo in coccino et Tyrio pro delictis supplicare nos condecet? Cedo acum crinibus distinguendis et puluerem dentibus elimandis et bisulcum aliquid ferri uel aeris unguibus repastinandis, si quid ficti nitoris, si quid coacti ruboris in labia aut genas urgeat."

(*s*) coactus rubor] = rubor non naturalis, fictus atque mentitus. De studio superciliorum artificio tinguendorum conferri quoque potest Cypr. de hab. uirg. 14 (Hart. I. 197): „illi (scil. peccatores et apostatae angeli) et oculos circumducto nigrore fuscare et genas mendacio ruboris inficere et mutare adulterinis coloribus crinem et expugnare omnem oris et capitis ueritatem corruptelae suae impugnatione docuerunt." et id. de laps. 6 (Hart. I. 240): „corrupta barba in uiris, in feminis forma fucata: adulterati post dei manus oculi, capilli mendacio colorati."

(*t*) hortulani maritimiue secessus cet.] Tert. paen. l.l.: „praeterea exquirito balneas laetiores hortulani maritimiue secessus, adicito ad sumptum, conquirito altilium enormen sagınam, defaecato senectutum uini."

(*u*) defaecare] = διυλίζειν, faecibus purgare, proprie de uino. cf. Plin. 18. 26 (63): „per brumam uitem ne colito, uina tamen defaecari, etiam diffundi Hyginus suadet." Inde = purgare. cf. Tert. an. 27 (O. I. 600): „uirus illud corporale semen ex carnis defaecatione."

(*v*) senectus uini] cf. Iuu. sat. 13. 214: „Albani ueteris pretiosa senectus Displicet."

(*w*) sic agite, sic credite] nota structura imperatiui pro si sic agitis cet.

(*x*) sacco tectus cet.] cf. ad c. 9.

etiam exanguis, haec loquitur (*y*): »peccauimus, facinus admisimus, impie gessimus, transgressi sumus praecepta [12] et iudicia tua.« De Azaria itidem [13] scriptura diuina (*z*): »stans« inquit »Azarias precatus [14] est et aperiens os suum exomologesin [15] faciebat deo simul cum sodalibus suis.« Dauid ipse (*a*): »lauabo« inquit »per singulas noctes lectum meum, lacrimis stratum meum rigabo.« Nos uero quid [16] tale, quid simile? Non [17] dico illa, quae congregamus [18] ad cumulum cauponando, mercando, rapiendo: foris lucra, intus libidines aucupando, nihil agendo simpliciter (*b*), nihil pauperibus largiendo, nihil fratribus remittendo. Ne haec quidem quae uideri etiam a sacerdote possunt et episcopo teste [19] laudari, ne haec quidem quotidian*a* [20] seruamus: flere in conspectu ecclesiae, perditam uitam sordida [21] ueste lugere, ieiunare, orare, prouolui; si quis ad balneum [23] uocet (*c*), recusare delicias [24]; si quis ad conuiuium roget, dicere [25]: ista felicibus [26], ego deliqui in dominum et periclitor in aeternum perire: quo mihi [27] epulas, qui dominum laesi? Tenere praeterea pauperum manus, uiduas obsecrare, presbyteris [28] ad-

---

[12] praecepta c *e ras. P.* [13] itidem ti *ras. ex* d *P.* [14] precatus *corr. e* precatis *R.* [15] et aperiens os suum exomologesim *corr. ex* et aperuit os suum et exomologesim *R.* [16] quid *corr. e* qui *R.* [17] non n *finalis e ras. P.* [18] *post* congregamus *est rasura P.* [19] episcopo teste *corr. ex* episcopates te *R.* [20] cotidiana *P.* quotidiano *exp.* o *fin. et suprascr. litt.* a *R.* quotidiana *edd.*. quotidiani *Migne.* [21] sordida *erasa lineola corr. e* sordidam *P.* [23] balneum $\overline{\text{u}}$ *e ras. man. 2. P.* [24] delitias t *e ras. P.* [25] dicere e *finalis e ras. P.* [26] felicibus l *e ras. P.* [27] michi *P.* [28] presbiteris *P.*

(*y*) Dan. 9. 5. cf. Cypr. de laps. 31 (Hart. I. 260).
(*z*) Dan. 3. 25. cf. Cypr. ib.
(*a*) Ps. 6. 7. cf. ep. I. 5.
(*b*) simpliciter] cf. ad ep. I. 2 med..
(*c*) si quis ad balneum uocet cet.] Tert. paen. 11 (O. I. 662): „cumque quis interrogarit, cuinam ea largiaris: Deliqui, dicito, in deum et periclitor in aeternum perire, itaque nunc pendeo et maceror et excrucior, ut deum reconciliem mihi, quem delinquendo laesi."

uolui (*d*), exoratricem ecclesiam deprecari, omnia prius temptare [29] quam pereas.

XI. Scio quosdam ex fratribus et sororibus *nos*tris [30] cilicio (*e*) pectus inuoluere, cineri incubare, ieiunia sera [1] (*f*) meditari [2]; et non talia (*g*) fortasse peccarunt. Quid de fratribus loquor [3]? Caprae, ut dicunt, ferae [4] (*h*) remedia sua nouerunt: confixas quippe audio uenenatis sagittis saltus peragrare Dictaeos [5] (*i*), quoad [6] dicta*mni* [7] (*k*) caule detonso salutarium uirulento latice sucorum [8], pulsa decutiant [9] tela corporibus. Nos ignita diaboli spicula nullo paenitentiae suco,

---

[29] temptare *P.* [30] nostris *P.* uestris *R. edd.*. [1] sera *corr. e* xera *R.* [2] meditari *i finalis ex* e *corr. man. 2. P.* [3] loquor *pro* loquar *ego.* [4] caprae ut dicunt ferae *R. Tilius.* capree ut dicunt fere *P.* caprae ferae ut dicunt *edd.*. [5] dicteos *P.* [6] quo ad *P.* [7] dictamni *ego.* diptamini *P.* diptamni *a man. 2. R.* dictami *edd.*. [8] succorum *et mox* succo *edd.*. [9] decutiant *corr. e* decutiat *R.*

(*d*) presbyteris aduolui cet.] Tert. paen. 9 (O. I. 660): „presbyteris aduolui et caris dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suae iniungere."

(*e*) cilicio . . cineri . . ieiunia] cf. ad c. 9.

(*f*) ieiunia sera] alias c. 5 i. f.: „quid quaeritis sera solatia?"

(*g*) talia] scil. tali poena digna.

(*h*) caprae ferae] Tert. paen. 12 (O. I. 664): „mutae quidem animae et irrationales medicinas sibi diuinitus attributas in tempore agnoscunt. Ceruus sagitta transfixus, ut ferrum et irreuocabiles moras eius de uulnere expellat, scit sibi dictamno medendum." De re cf. Aristot. hist. an. 9. 6. Plin. hist. nat. 8. 97 c. Verg. Aen. 12. 411 sqq.:

„hic Venus, indigno nati concussa dolore,
„dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida,
„puberibus caulem foliis et flore comantem
„purpureo; non illa feris incognita capris
„gramina, cum tergo uolucres haesere sagittae."

Cic. nat. deor. 2. 50. 126: „(auditum est) capras autem in Creta feras, cum essent confixae uenenatis sagittis, herbam quaerere, quae dictamnus uocaretur, quam cum gustauissent, sagittas excidere dicunt e corpore," qui locus uersio est loci Arist. de auscult. mir. p. 702. cf. v. d. Vliet, Mnem. 1892. p. 285.

caprae] scripsi propter ea, quae mox sequuntur: „ecce nec capris nec hirundini homo similis."

(*i*) saltus peragrare Dictaeos] en rursus Verg. Aen. 4. 72: „illa (scil. cerua) fuga siluas saltusque peragrat Dictaeos."

(*k*) dictamnum] s. dictamnus. Praeter locos supra laudatos cf. Plin. 25. 92 sqq.. 26. 79. Val. Max. 1. 8 ext. 18. Solin. 19. 15. Apul. de herba 62.

nullo exomologesis gramine repellemus [10]? Excaecatos (*l*) hirundo [11] pullos nouit oculare [12] (*m*) de sua chelidonia [13] (*n*), nos lumina mentis amissa nulla malae [14] tractationis radice curabimus? Ecce nec capr*is* [15] nec hirundini [16] homo similis caecitati [17] suae inuidet et dolori.

Considerate nunc [18], fratres, quod [19] in fine promisimus (*o*): quis fructus haec opera, uel contra, quis exitus consequatur. Peccatoribus delicatis (*p*) et paenitentiam non agentibus spiritus domini comminatur et dicit (*q*): »dilectum ueritatis non receperunt ut salui fierent, ac propterea mittet illis <deus> [20] operationem erroris ut credant mendacio [21], ut iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed sibi placent in iniustiti*a*« [22] (*r*). Item apocalypsis de

---

[10] repellemus *PR.* repellimus *edd.*. [11] hyrundo *P.* [12] oculare *R.* emendare *P.* [13] chelidonia *corr. e* cheledonia *R.* [14] male *R.* [15] capris *PR.* capreis *edd.*. [16] hyrundini *P.* [17] cecitati sue *P.* [18] nunc *om. P.* [19] quod *PR.* quid *edd.*. *cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 197 sq.*. [20] deus *inseruit Migne.* [21] mendatio *P.* [22] iniustitia *pro* iniustitiam *ego.* iniusticiam *P.*

(*l*) excaecatos hirundo pullos cet.] Tert. paen. 12 (O. I. 664): „hirundo, si (si quis, Ios. Scaliger) excaecauerit pullos, nouit illos oculare rursus de sua chelidonia."

(*m*) oculare] = illuminare (Ps. 145. 8 apud nostrum bapt. 7 med.: „dominus illuminat caecos.") cf. Tert. apol. 21 (O. I. 206): „qui iam expolitos et ipsa urbanitate deceptos in agnitionem ueritatis ocularet." pud. 8 (O. I. 806). Plin. hist. nat. 2. 6 (de sole): „hic reliqua sidera oculat." Cypr. quod idola dii non sint 14 i. f. (Hart. I. 31): „caecos et ignaros ad agnitionem ueritatis oculare." Apul. mag. 63. cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 161. Blokhuis p. 149.

(*n*) chelidonia] cf. Plin. 8. 27: „chelidoniam uisui saluberrimam hirundines monstrauere, uexatis pullorum oculis illa medentes." ib. 25. 8: „animalia quoque inuenere herbas, imprimisque chelidoniam; hac enim hirundines oculis pullorum in nido restituunt uisum, ut quidam uolunt etiam erutis oculis." Hieron. in Eccl. 7. col. 444: „nouit hirundo pullos de sua oculare chelidonia."

(*o*) quod in fine promisimus] h. e. quod ultimo loco promisimus; cogitat enim auctor quae ipse scripserat c. 2. i. f.: „postremo illud apertissimum enitemur ostendere" cet..

(*p*) delicatis] = nimis fastidiosis, opera paenitentiae nimis uerentibus.

(*q*) 2 Thess. 2. 10, 11. cf. Tert. adu. Marc. V. 16 (O II. 321). Cypr. de laps. 33 (Hart. I. 261). ep. 59. 13 (Hart. II. 681).

(*r*) in iniustitia] scripsi cum Cypriano. Vulg.: „sed consenserunt iniquitati."

meretrice sic loquitur (*s*): »in quantum clarificauit se et delicias [23] exercuit, tantum date ei tormentum et luctum.« Et apostolus Paulus (*t*): »an ignoras quoniam bonitas dei in paenitentiam te perducit [24]? Tu autem secundum duritiam [25] tuam thesaurizas tibi iram in [26] die irae et reuelationis iusti iudicii dei.« Timete igitur, dilectissimi [27], iusta iudicia, omittite errorem, damnate delicias [28]; properat iam tempus extremum, tartarus et gehenna laxatos impiis sinus pandunt. Post animarum tempestiua (*u*) supplicia rediuiuis quoque perpetua corporibus poena seruatur. Nemo (*v*) Tityi [29] iecur (*w*) credat [30] et uulturium [1] poëtarum [2], ipse [3] sibi materiam recrescentium [4] corporum reparat ignis aeternus. Attendite, si non creditis: *aetnarum* [5] (*x*) impetus, qui ignibus furit, supplicio [6] nutriente *reparatur* [7]. Si de cruciatu

---

[23] delitias *P.* [24] perducit *corr. e* perducet *R.* [25] duriciam *P.* [26] in *suprascr. R.* [27] dilm̄i *P.* [28] delitias *P.* [29] Tycii *P.* [30] rideat *pro* credat *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 198.* [1] uulturium *ego.* uulturum *PR. Tilius.* uulturem *edd..* [2] poetarum o *e ras. P.* [3] poetarum, ipse *ego. uulgo:* poetarum. Ipse [4] recrescentium *altera* r *e ras. P.* recrescendum *supra litt.* d *scr. litt.* t *R.* [5] aetnarum *pro* aquarum *egregiam emendationem suam mecum benigne communicauit v. d. Vliet.* aquarum impetus qui ignibus furit *edd..* aquarum impentas ignibus fuerit *P.* aquarum impentas *aut* impenitis *(distingui non potest)* ignibus furit *R.* [6] supplicio s *e ras. et erasum est aliquid post uoc. P.* [7] reparatur *pro* reparabitur *ego.* reparabatur *P.*

(*s*) Apoc. 18. 7. cf. Cypr. test. III. 34 (Hart. I. 147).

(*t*) Rom. 2. 4, 5. cf. Cypr. test. III. 35 (Hart. I. 147). id. de bono pat. 4 (Hart. I. 399 sq.).

(*u*) tempestiua] h.l. — ad tempus imposita.

(*v*) Licet nemini fides habenda sit fabulis illis de Tityi iecore et uulture poëtarum, tamen hoc uerum, hoc credendum est, ignem aeternum sibi semper materiem renouare recrescentium corporum, unde uires sibi assumat.

(*w*) Tityi iecur] cf. Hor. od. 3. 4. 77. Hom. λ 577 sqq.. Verg. Aen. 6. 595 sqq.. Lucr. 3. 984 sqq.. Ou. met. 4. 457. Tib. 1. 3. 75. sq.. Prop. 3. 13 (20). 31. 4. 4 (5). 44.

(*x*) aetnae] = montes flammas eructantes. cf. Lucil. 3. VII (6) G. (Mülleri): „αἰγίλιποι montes, aetnae omnes, asperi athones," qui uersus etiam legitur apud Gell. 16. 9. 6. Ceterum Pacianus uerba sua desumpsit e Lucr. 2. 593: „eximiis uero furit ignibus impetus Aetnae." cf. Praef. p. VII.

exomologesis retract*atis* [8] (*y*), gehennam [9] record*a*mini [10], quam uobis exomologesis extinguet. Vim eius et de praesentibus aestimate, cuius fumariola [11] quaedam maximos montes subterraneis ignibus decoquunt (*x*). Aestuant indefessis flammarum globis (*a*) Aetna [12] Siculus [13] et Vesuuius [14] Campanus, et quo nobis iudicii perpetuitatem probent, dissiliunt, deuorantur, nec ullis tamen saeculis [15] finiuntur. Attendite in euangelio diuitem solius adhuc animae suppliciis laborantem. Qualis tandem illa redituris poena corporibus? Quis in illa stridor dentium, quis fletus oculorum?

---

[8] retractatis *PR. Tilius.* retracti *Migne. Bibl. pat. max. Lugd. IV. p. 317. E.* retractis *Bibl. uet. pat. Col. Agripp. IV. p. 246. D. cf. v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 198.* retractas *Oehl. ad Tert. paen. 12 (O. I. 663).* [9] gehennam *ex* gehenna *addita lineola man. 2. P.* [10] recordamini *PR.* recordemini *edd..* [11] fumariola fu *e ras. P.* [12] ethna *P.* [13] Siculus *PR. Migne.* Lisaniculus *edd..* apud Siculos *Oehl. ad Tert. paen. l.l.* [14] Vesuuius *edd..* Vaesebus *exp.* a, *altera* e *corr. ex* u, *post* b *erasa* i *R.* Vesenus *altera* e *e ras. P.* [15] *post* saeculis *erasum est aliquid, interpunctio, ut uidetur. P.*

(*y*) si de cruciatu exomologesis retractatis cet.] Tert. paen. 12 (O. I. 663): „si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis extinguet et poenae prius magnitudinem imaginare, ut de remedii adoptione non dubites. Quid illum thesaurum ignis aeterni aestimamus, cum fumariola quaedam eius tales flammarum ictus suscitent, ut proximae urbes aut iam nullae extent aut idem sibi de die sperent? Dissiliunt superbissimi montes ignis intrinsecus fetu et quod nobis iudicii perpetuitatem probat, cum dissiliant, cum deuorentur, numquam tamen finiuntur. Quis haec supplicia interim montium non iudicii minantis exemplaria deputabit? Quis scintillas tales non magni alicuius et inaestimabilis foci missilia quaedam et exercitatoria iacula consentiet?" De uerbo retractare cf. ad c. 3 in..

(*x*) decoquunt] cf. c. 9 s. f..

(*a*) flammarum globis] cf. Verg. in notissima illa Aetnae descriptione (Aen. 3. 574): „attollitque globos flammarum et sidera lambit," quem Vergilii locum cum Pindari Aetnae descriptione (Pyth. 1. 21) comparat Gell. 17. 10. Praeterea cf. Verg. Georg. 1. 473: „(uidimus Aetnam) flammarumque globos liquefactaque uoluere saxa." Sil. 5. 513: „torquet Vulcanus anhelos Cum feruore globos flammarum."

„Sententiam, ignes quos euomant montium cacumina esse exempla flammarum infernarum, Pacianus ex Tertulliano sumpsit, quamquam pretium est obseruare nucleum opinionis, quod neque montes illi flammis intestinis deuorentur, neque corpora ignibus gehennae consumantur, iam extare apud Hor. od. 3. 4. 75: „nec peredit Impositam celer ignis Aetnam."" v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 198.

XII. Mementote, fratres, quia (*b*) apud inferos (*c*) exomologesis [16] non est, nec paenitentia tunc tribui poterit consumpto tempore paenitendi. Festinate dum in uita estis, dum cum aduersario (*d*) iter facitis. Saeculares [17] ecce ignes timemus et carnificum [18] ungulas expauescimus. Comparate [19] cum his aeternas torquentium manus apicesque flammarum nulla aetate morientium [20]. *Per ego uos* [21] ecclesiae fidem, fratres, per sollicitudinem (*e*) meam [22], per communes omnium animas obtestor [23] et deprecor: ne pudeat in hoc opere, ne pigeat opportuna quam primum remedia salutis inuadere (*f*), deicere maeroribus animum (*g*), sacco corpus inuoluere, cinere perfundere, macerare [24] ieiunio, maerore conficere [25], multorum precibus adiuuari [26]. In quantum poenae uestrae

---

[16] exomologesis *erasum est aliquid sub* x *P.* [17] saeculares *suprascr.* s *fin. P.* [18] carnificum *prior* i *e ras. P.* [19] comparate *corr. e* comparat *R.* [20] morientium *corr. e* moriendum *R.* [21] per ego uos ecclesiae fidem fratres *PR.* rogo uos per ecclesiae fidem fratres *Migne.* per ecclesiae fidem rogo uos fratres *Bibl. pat. max. Lugd. IV. p. 317. F.* per rogo uos ecclesiae fidem fratres *Bibl. uet. patr. Col. Agr. IV. p. 246. E.* [22] meam a *e ras. P.* [23] obtestor te *e ras. P.* [24] macerare *pro* macerari *ego.* [25] confieri *pro* conficere *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 198.* [26] adiuuari *P. edd.*. adiuuare *R. Tilius.*

(*b*) quia] pro acc. c. inf. cf. ad ep. II. 2 i. f. et ad ep. III. 15.

(*c*) apud inferos exomologesis non est] cf. Cypr. ep. 55. 29 (Hart. II. 647): „et quia apud inferos confessio non est nec exomologesis illic fieri potest" cet.. ep. 55. 17 (Hart. II. 636): „quia exomologesis apud inferos non est." Eccle. 9. 10. Eccli. 14. 17.

(*d*) aduersarius] uel hostis saepe uocatur diabolus. cf. bapt. 3. Cypr. ep. 55. 27 (Hart. II. 645): „neque enim mala facta de sancto spiritu ueniunt, sed de aduersarii instinctu et de immundo spiritu natae concupiscentiae contra deum facere et diabolo seruire impellunt." Tert. paen. 7 (O. I. 657): „sed enim peruicacissimus hostis ille numquam malitiae suae otium facit."

(*e*) sollicitudinem] cf. c. 2 in.: „blanda huius mei operis ac sollicita diligentia."

(*f*) remedia salutis inuadere] cf. Tert. paen. 4 (O. I. 649): „paenitentiam inuadere."

(*g*) deicere maeroribus animum e. q. s.] desumpsit P. e Tert. paen. 9 (O. I. 660), quem locum attuli c. 9. s. f..

non peperc*eritis* [27], in tantum uobis deus parcet (*h*), »est (*i*) enim mitis et patiens et multae miserationis et qui sententiam [28] flectat aduersus malitias [29] irrogatam [30].« Ecce promitto, polliceor, si ad patrem uestrum uera satisfactione redeatis, nihil ulterius [1] errando, nihil pristinis adiciendo peccatis, dicendo etiam humile aliquid et flebile: »peccauimus (*k*) in conspectu tuo, pater, iam non sumus digni nomine filiorum,« — continuo de uobis et pecus illud recedet [2] immundum (*l*) et siliquarum esca deformis (*m*). Continuo reuertentes et stola *uestiet* [3] et anulus (*n*) honorabit et paternus iterum complexus accipiet. Ecce ipse loquitur (*o*): »nolo mortem peccatoris, quantum ut reuertatur et uiuat,« et iterum (*p*) »nonne« ait »qui ceciderit resurget et qui auersatus [4] fuerit, conuertetur?« Et apostolus dicit (*q*): »potens est deus statuere illum.« Apocalypsis [5] etiam septem ecclesiis (*r*), nisi paenitentiam egerint, comminatur. Nec utique non paenitentibus comminaretur [6],

---

[27] peperceritis *PR. Tilius.* pepercistis *Migne.* pepercitis *Bibl. pat. max. Lugd. l.l. et Bibl. pat. uet. Col. Agr. l.l. prior* p *erasa lineola corr. e* per *P.* [28] sententiam *corr. e* sententias *R.* [29] malicias *P.* [30] inrogatam *corr. ex* inrogatas *R.* [1] ulterius r *suprascr. man. 2. P.* [2] recedet *corr. e* recedit *R.* [3] uestiti *PR. edd.. „alias* uestiet" *in margine Tilius.* [4] aduersatus *exp. litt.* d *et ras. sub priore* a *P.* [5] apocalipsis *P.* [6] comminaretur n *e ras. P.*

(*h*) in quantum .... parcet] Tert. paen. 9 i. f. (O. I. 661): „in quantum non peperceris tibi, in tantum tibi deus, crede, parcet."
(*i*) Ioel. 2. 13 (sec. LXX). cf. ep. I. 5. ep. III. 21.
(*k*) Luc. 15. 21. cf. Tert. paen. 8 i. f. (O. I. 659).
(*l*) pecus immundum] ib. 15.
(*m*) siliquarum esca deformis] ib. 16.
(*n*) stola .... et anulus] ib. 22: „dixit autem pater ad seruos suos: cito proferte stolam primam et induite illum et date anulum in manum eius" cet.. Tert. pud. 9 (O. II. 810 sq.): „recuperabit igitur et apostata uestem priorem, indumentum spiritus sancti et anulum denuo signaculum lauacri" cet..
(*o*) Ezech. 18. 23. 33. 11. cf. ep. III. 8 in..
(*p*) Ierem. 8. 4. cf. ep. I. 5. Tert. paen. 8 (O. I. 658). Cypr. test. III. 114 (Hart. I. 182).
(*q*) Rom. 14. 4. cf. ep. III. 15.
(*r*) septem ecclesiae] cf. ep. I. 5 s. f.. Apoc. 2 et 3.

nisi ignosceret paenitentibus (*s*). Etiam ipse deus dicit (*t*): »memento ecce unde cecideris [7] et age paenitentiam,« et iterum: »cum (*u*) conuersus ingemueris, tunc saluaberis et scies ubi fueris.« Nec quisquam adeo peccatricis animae uilitate desperet (*v*), ut se iam non necessarium deo credat. Neminem nostrum perire uult [8] dominus, etiam modici (*w*) et minimi [9] requiruntur. Si non creditis, intuemini: ecce in euangelio drachma [10] requiritur et uicinis inuenta monstratur; ouicula, suppositis reportanda [11] ceruicibus, non est onerosa pastori. Super (*x*) unum peccatorem (*y*) paenitentiam [12] agentem in caelis angeli gaudent et chorus caelestis [13] exultat. Heus tu peccator, rogare ne desinas, uides ubi de tuo reditu gaudeatur [14]. Amen [15].

[7] cecideris ceci *e ras.*, s *fin. suprascr. P.* [8] *inter* uult *et* perire *erasum est aliquid P.* [9] minini *P.* [10] dragma *P.* [11] reportantur *exp.* tur *et suprascr.* da *a man. 2. P.* [12] penitentiam *prior* n *e ras. P.* [13] celestis *ras. sub* c *P.* [14] gaudeatur *rasura inter* e *et* a *P.* [15] amen *R. om. P.*

(*s*) nec .... paenitentibus] cf. ep. I. 6 in.: „numquam deus non paenitenti comminaretur, nisi ignosceret paenitenti." Tert. paen. 8 (O. I. 658): „non comminaretur autem non paenitenti, si non ignosceret paenitenti." Cypr. ep. 55. 22 (Hart. II. 640).

(*t*) Apoc. 2. 5. cf. ep. III. 8. Cypr. de laps. 16 i. f. (Hart. I. 249). ep. 19. 1 (Hart. II. 525). ep. 34. 1 (Hart. II. 569). ep. 55. 22 (Hart. II. 639). (Cypr.) ad Nouat. 13 (Hart. III. 63).

(*u*) Es. 30. 15 (sec. LXX). cf. ep. III. 8. Cypr. de laps. 36 (Hart. I. 263). ep. 34. 1 i. f. (Hart. II. 569).

(*v*) animi uilitate desperet] cf. c. 8 in.: „quodsi uestra uobis uilis est anima" cet..

(*w*) modici et minimi cet.] cf. ep. III. 14 in.: „ille posterior populus, ille pauper, ille mediocris imago ecclesiae fuit .... haec est ouis illa, quae humeris reportatur .... haec est drachma quae quaeritur et uicinis inuenta monstratur." Tert. paen. 8 (O. I. 659): „quod mulier drachmam perdidit et requirit et reperit et amicas ad gaudium inuitat, nonne restituti peccatoris exemplum est? Errat et una pastoris ouicula, sed grex una carior non erat: una illa conquiritur, una pro omnibus desideratur et tandem inuenitur et humeris pastoris ipsius refertur; multum enim errando laborauerat." cf. ep. I. 5 et paraen. 1.

(*x*) super] = de. cf. ad ep. III. 4 i. f..

(*y*) super unum .... gaudeatur] Tert. paen. l.l. (p. 658): „laetantur caeli et qui illic sunt angeli paenitentia hominis. Heus tu, peccator, bono animo sis, uides ubi de tuo reditu gaudeatur."

SERMO DE BAPTISMO.

I. Aperire [1] desidero qualiter in baptismo nascamur et qualiter innouemur (*a*). Verbis sane ipsius (*b*) loquar, fratres, ne forte me ob nitorem sententiarum stilo exultasse (*c*) credatis, et ut rem mysticam intellegere possitis. Atque utinam inculcare (*d*) possim: gloriam non requiro, dei enim solius gloria est [2]. Vestri tantum me [3] cura sollicitat et horum maxime

---

Sermo sancti patiani epī *(quod est suprascr.)* de baptismo *litteris minio depictis P.* sancti Paciani episcopi de baptismo *R.* [1] aperire a *depicta est minio et colore uiridi P. cf. Praef. p. VIII.* [2] est gloria *P.* [3] tantum me *PR.* me tantum *edd.*.

(*a*) innouare] cf. ad ep. III. 3. bapt. 6.

(*b*) ipsius] num simplicibus? Ad sententiam cf. Tert. bapt. 12 (O. I. 631): „ne quis me tam perditum existimet, ut ultro excogitem libidine stili quae aliis scrupulum incutiant." id. paen 12 (O. I. 665): „quid ego ultra de istis duabus humanae salutis quasi plancis, stili potius negotium quam officium conscientiae meae curans?"

(*c*) exultare] de oratore et oratione. cf. Cic. fin. 1. 16. 54: „uirtutum laus, in qua maxime ceterorum philosophorum exultat oratio." Cic. Cat. 2. 2. 3: „exultat et triumphat oratio mea." id. or. 8. 26 de Demosthene, cuius oratio „exultauit audacius." id. de or. 3 9. 36 de Ephoro et Theopompo „alterum (enim) exultantem uerborum audacia reprimebat (Isocrates), alterum cunctantem et quasi uerecundantem incitabat." id. acad. 2. 35. 112: „cum sit enim campus, in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias .... compellimus?" Locutio igitur petita est ab equis lasciuis, in campo huc illuc persaltantibus. cf. praeterea Cic. acad. 4. 34. 112.

(*d*) inculcare] = infercire, et translate eadem saepius iterando ingerere, in animo imprimere, docere. cf. paraen. 1. Tert. paen. 4 (O. I. 650). De significatione inculcare = contemnere agemus ad c. 4 i. f.. cf. et ad ep. III. 7.

competentium (*e*), si quo modo pos*sint* [5] intellegere tantae felicitatis examen (*f*). Aperiam igitur quid fuerit ante gentilitas, quid fides praestet, quid baptismus indulgeat. Quod si ita, ut ego sentio, uestra corda penetrauerit, iudicabitis, fratres, nullam *u*obis [6] adhuc praedicationem amplius praestitisse. Accipite ergo, dulcissimi [7], homo ante baptismum in qua morte sit positus.

Scitis certe illud antiquum, quod Adam terrenae origini [8] *re*stitutus [9] (*g*) sit, quae utique damnatio (*h*) legem illi aeternae mortis imposuit et omnibus ab eo posteris, quos lex una retinebat [10]. Haec mors in genus omne dominata [11] (*i*) est »ab (*k*) Adam [12] usque ad Moysen.« Per Moysen uero unus tantum populus electus est, semen scilicet Abrahae, si (*l*) mandata iustitiae [13] seruare potuisset. Interea nos omnes sub peccato tenebamur, ut fructus essemus mortis, siliquarum

---

[5] possint *ego*. possimus *PR. edd.*. poscimus *Tilius*. possim *Migne*. [6] uobis *PR.* nobis *edd.*. [7] dulcissimi *rasura supra* c *P.* [8] origini o *e ras. P.* [9] restitutus *pro* praestitutus *Latinius*. [10] retinebat ti *e ras. P.* [11] *erasa est litt. inter* dominata *et* est *P.* [12] adam ada *e ras. P.* [13] iusticie *P.*

(*e*) competentes] in ecclesia uetere dicebantur ii, qui secundo inter christianos gradu censerentur, ita appellati „quod sacramentum baptismi simul peterent," ut tradit Augustin. serm. 116. cf. Isid. 7. 14. Sunt igitur c a t e c h u m e n i. cf. Corp. Gloss. Lat. 5. 410. 21: „competentes, appetentes."

(*f*) tantae felicitatis examen] cf. Cypr. ep. 58. 10 (Hart. II. 665): „diuinae cognitionis examen."

(*g*) restitutus] scil. e paradiso. c. 4 i. f.: „restituens aeternitati," ubi r e s t i t u e n s correctum e p r a e s t i t u e n s praebet codex *R*.

(*h*) quae damnatio cet.] cf. Tert. paen. 2 (O I. 645): „nam deus post tot ac tanta delicta humanae temeritatis a principe generis Adam auspicata, post condemnatum hominem cum saeculi dote" cet..

(*i*) dominari] cf. c. 2. Opp. f a m u l a r i. cf. Tert. bapt. 4 (O. I. 623): „spiritus enim dominatur, caro famulatur. Tamen utrumque inter se communicant reatum, spiritus ob imperium, caro ob ministerium."

(*k*) Rom. 5. 14.

(*l*) si] Electum est semen Abrahae, semperque electum fuisset, si mandata iustitiae seruare potuisset.

escis et *porcorum* [14] (*m*) custodiae destinati, id est operibus immundis, per malos angelos [15], quibus dominantibus nec facere licuit nec scire iustitiam; parere enim talibus dominis *seruitus* [16] ipsa cogebat. Ab his potestatibus et ab [17] hac morte qualiter liberati simus [18], attendite.

II. Adam postquam peccauit, ut retuli (*n*), dicente [tunc] [19] (*o*) domino (*p*) »terra es et in terram [20] ibis« addictus est morti. Haec addictio in genus omne defluxit (*q*), omnes enim peccauerunt ipsa iam urgente natura, sicut apostolus dicit (*r*): »quia per unum hominem *in mundum* [21] peccatum introiuit et per delictum mors, et sic in omnes homines deuenit, in quo omnes peccauerunt.« Dominatum [22] est [23] ergo peccatum, cuius uinculis quasi captiui trahebamur [24] ad mortem, mortem scilicet sempiternam. Hoc uero peccatum ante legis tempora nec intellegebatur, sicut apostulus dicit (*s*): donec enim lex poneretur, peccatum in mundo non habebatur, hoc est non uidebatur, ad legis aduentum reuixit. Apertum est [25] enim ut uideretur, uerum frustra, quia id prope nemo

---

[14] porcorum *PR. edd.*. pecorum *Migne.* [15] angelos *suprascr. litt.* s *P.* [16] seruitus *PR.* res *edd.*. [17] ab *ras. ante* a *P.* [18] simus *R. Migne.* sumus *P. edd.*. [19] tunc *deleui ego. inseruit man. 2. P.* [20] in terram *P. Migne.* in terra *R. edd.*. in terra „*alias* in terram" *in margine Tilius.* [21] in mundum *P. om. R. edd.*. nondum „*alias* in mundum" *in margine Tilius.* [22] dn̄atū *P.* [23] est *suprascr. R.* [24] trahebamur *R. edd.*. tenebamur *P.* [25] *post* est *erasum est aliquid P.*

(*m*) porcorum] pecorum scribit Migne respecto, credo, loco paraen. 12: „continuo de uobis et pecus illud recedet immundum et siliquarum esca deformis."

(*n*) ut retuli] c. 1.

(*o*) tunc] deleui ut ortum ex dittographia (dicente t̄c̄).

(*p*) Gen. 3. 19. cf. Tert. adu. Marc. V. 9 (O. II. 300). resurr. carn. 6 (O. II. 475). 18 (ib. 490). 26 in. (ib. 500). 52 (ib. 537). Cypr. test. III. 58 (Hart. I. 158). id. de bono pat. 11 (Hart. I. 405).

(*q*) in genus omne defluxit] cf. c. 5 in..

(*r*) Rom. 5. 12. cf. c. 5. in..

(*s*) Rom. 5. 13: „usque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset."

seruabat. (*t*). Dicebat enim lex: »non moechaberis [26] (*t**) »non occides« (*u*), »non concupisces« (*v*), tamen concupiscentia cum uitiis [27] omnibus permanebat [28]. Ita peccatum istud ante legem occulto gladio interfecit hominem, *in* [29] (*w*) lege districto. Quae igitur spes homini? Sine lege ideo periit, quia peccatum [30] uidere non potuit, et in lege ideo quia in id ipsum quod uidebat incurrit (*x*). Quis eum [1] ab interitu potuit liberare? Audite apostolum (*y*): »miserrimus *ego* [2] homo! Quis me liberabit [3] a [3*] corpore [4] mortis huius? Gratia« inquit «per dominum nostrum Iesum Christum.«

III. Quid est gratia? Peccati remissio, id est donum. Gratia (*z*) enim donum est. Ergo Christus adueniens hominemque suscipiens ipsum illum hominem de potestate peccati [5] purum et innocentem deo primus exhibuit. Dicit Esaias [6] (*a*): »ecce uirgo« inquit [7] »in utero accipiet et pariet filium et uocabi*tur* [8] nomen eius Emmanuel [9]. Butyrum et mel manducabit priusquam sciat aut proferre malum aut eligere bonum« [10], et de ipso iterum (*b*): »qui peccatum non fecit, nec dolus

[26] mechaberis *P.* [27] uiciis *P.* [28] permanebat eba *e ras. P.* [29] in *PR. Tilius. om. edd..* [30] peccatum m *e ras.*, *supra* u *erasum est aliquid P.* [1] eum (ū) *ras. ex* enim *P.* [2] ego *P.* ergo *R. edd..* ergo „*alias* ego" *in margine Tilius.* [3] liberabit *corr. e* liberauit *R.* [3*] a *e ras. P.* [4] corpore e *corr. ex* r, *erasum est aliquid post uoc. P.* [5] peccati e *e ras. P.* [6] ysaias *P.* [7] inquit *om. P.* [8] uocabitur *P. Vulg..* uocabitis *R. edd..* [9] emmanuhel *P.* [10] proferre malum aut eligere bonum *ex* proferat malum eligere bonum *corr. man. 2. R.*

(*t*) seruabat] = obseruabat ut c. 1. c. 7..
(*t**) Deut. 5. 18.
(*u*) non occides] Deut. 5. 17.
(*v*) non concupisces] ib. 21.
(*w*) in lege] = sub lege. Opp. sine lege. cf. ad ep. III. 8.
(*x*) incurrere] cf. ad ep. I. 5 in..
(*y*) Rom. 7. 24, 25.
(*z*) gratia] cf. ep. III. 8 in..
(*a*) Es. 7. 14, 15. cf. Tert. adu. Marc. III. 13 (O. II. 139). adu. Iud. 9 in. (O. II. 720). carn. Chr. 17 (O. II. 453). 21 (ib. 459). 23 (ib. 461). Cypr. ep. 10. 4 (Hart. II. 493).
(*b*) Es. 53. 9 = 1 Petr. 2. 22. cf. Pac. bapt. 4. Tert. adu. Iud. 10 (O. II. 730). Cypr. test. II. 15 (Hart. I. 80).

inuentus est [11] in ore eius.« Sub hoc innocentiae patrocinio [12] defensionem *ho*minis [13] aggressus est Christus in ipsa carne peccati. Continuo [13*] ille peccati *et* [14] inobedientiae parens qui primos homines aliquando deceperat, festinare incepit, aestuare [15], trepidare. Vincendus enim erat [16] soluta lege peccati, qua [17] sola hominem uel obtinuerat [18] uel poterat obtinere [19]. Armatur ergo in aciem spiritalem [20] aduersus immaculatum, ac primum eo artificio quo in paradiso [21] Adam uicerat, specie dignitatis aggreditur et uelut sollicitus de potestate caelesti: »si filius (*d*) dei es« inquit »dic ut lapides isti panes fiant [22], ut dum erubescit aut non uult dissimulare se filium dei, *temptantia* [23] iussa compleret. Ecce adhuc non tacet (*e*), suggerens (*f*) ut, si se misisset [24] ex alto, acciperetur manibus angelorum, quibus mandasset pater, ut humeris eum ferrent, ne forte offenderet ad lapidem pedem suum; *ut* [25], dum probare uult dominus se esse de quo pater istud [26] mandasset, facer*et* [27] quod temptator urg*ebat* [28] (*g*). Elisus nouissime

---

[11] *inter* est *et* in *ras. habet P.* [12] ut primum *post* patrocinio *inserunt edd..* [13] nominis *Migne.* [13*] peccati. Continuo *ego.* peccati, continuo *uulgo.* [14] et *PR. om. edd..* [15] estuare *ras. inter* t *et* u *P.* [16] *post* erat *ras. habet P.* [17] qua *corr. ex* qui *R.* [18] optinuerat *P.* [19] optinere *P.* [20] spiritalem *R.* spālem *P.* spiritualem *edd..* [21] paradiso iso *e ras. P.* [22] panes fiant *P. et Vulg.* fiant panes *R. edd..* [23] temptantia *PR.* tentantis *edd..* [24] misisset *altera* i *e ras. P.* [25] ut *PR. Tilius. om. edd..* [26] istud *inseruit man. 2. P.* [27] faceret *pro* facere *ego.* [28] urgebat *PR. edd..* urget *Migne.*

(*d*) Matth. 4. 3. cf. Tert. adu. Prax. 1 (O. II. 653). de ieiun. 8 (O. I. 862).

(*e*) non tacet e. q. s.] ib. 6.

(*f*) suggerere] = suppeditare, submonere, subicere in memoriam. cf. Cypr. ep. 28. 2 (Hart. II. 546). de dom. or. 5 (Hart. I. 269). ep. 57. 5 (Hart. II. 655). Ex exemplorum copia abundanti Tertullianea exempla dabit Blokhuis p. 166 sq..

(*g*) ut.... quod tentator urgebat] si nihil est in tota sententia, quod lectorem offendat, causam uici, nam, in ceteris seruata codicum lectione, faceret scripsi pro facere.

coluber (*h*), quasi iam cederet, ipsa illa quae primo homini eripuerat, mundi regna promittit, ut dum uicisse se credit hominis aduocat*us* [29] (*i*) recepto, quod defendebat, imperio, inclinaret ad <ad> dictam [30] (*k*) ab impio dignitatem, ac sic aliquando peccaret. Verum in his omnibus superatur inimicus et caelesti uirtute dissoluitur, sicut uates ad dominum [1] (*l*): »ut resoluas« inquit [2] »inimicum et uindicatorem, quoniam uidebo caelos, opus digitorum tuorum.«

IV. Debuerat cedere diabolus, necdum tamen des*iit* [3]. Scribas et Pharisaeos et omnem illam impiorum cateruam *nouis* [3*] subornat (*m*) insidiis, furoribus agitat. Igitur ille post uarias artes et *callida* [4] mendacia [5], quibus dominum [6] (*n*) more serpentis obsequen*do* [7] decipere cogitarunt, postquam nihil proficiebant, nouissime eum aperto latrocinio et crudelissimo genere passionis aggressi sunt, ut uel indignitate rerum uel dolore [8] poenarum aliquid iniustum aut faceret aut diceret,

---

[29] aduocatus *PR.* aduocatum *edd.*. [30] ad addictam ab impio *ego.* ad datam impio *P.* ad dictam impio, *supra* dictam *scripsit* datam *man. 2. R. in margine litt.* r *man. 2. P.* [1] dominum m *e ras. man. 2. P.* [2] inquit *est man. 2. R.* [3] desiit *P.* desinit *R. edd.*. [3*] nouis *pro* notis *ego.* [4] callida *pro* corda *v. d. Vliet, Mnem. 1895. p. 198.* [5] mendatia *P.* [6] dominum *R.* deum (dm̄) *P.* [7] obsequendo *PR. edd.*. obsequentia *Migne.* [8] dolore *corr. ex* dolole *R.*

(*h*) elisus .... coluber] cf. Tert. adu. Prax. 1 (O. II. 653): „excidit sibi coluber, quia Iesum Christum post baptisma Ioannis temptans ut filium dei aggressus est, certus filium deum habere uel ex ipsis scripturis de quibus tunc temptationem struebat," cet..

elidere] cf. Tert. bapt. 20 i. f. (O. I. 640): „(ostendit dominus) temptationes plenitudini et immoderantiae uentris appositas abstinentia elidi."

(*i*) hominis aduocatus] cf. ep. III. 9 i. f. Cypr. de dom. or. 3 (Hart. I. 268). de op. et eleem. 6 (Hart. I. 378). ep. 11. 5 (Hart. II. 499). ep. 55. 18 (Hart. II. 637). Saepe coniungitur cum uoc. deprecator.

(*k*) addictam] = promissam.

(*l*) Ps. 8. 3, 4.

(*m*) subornare] = latenter instruere, imprimis ad nocendum, nostrum opstoken. cf. Cic. pro Rosc. Com. 17. 51. id. pro Deiot. 17 et saepius.

(*n*) „dominus et deus perpetuo confunduntur errore" v. d. Vliet, Tert. p. 37.

atque ita perderet hominem, quem gerebat, et relinqueretur anima eius apud inferos, quibus una lex fuit ut peccatorem tenerent »aculeus (*o*) enim mortis, peccatum.« [9] Perstitit ergo Christus »et (*p*) peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius,« ut diximus (*q*), nec *tunc* [10] quidem, cum ad uictimam (*r*) duceretur. Hoc fuit uincere: sine peccato condemnari. Diabolus enim in peccatores acceperat potestatem, quam sibi ille super immaculatum uindicauit, ac sic ipse [11] superatus est id decernens super iustum, quod illi per legem, quam acceperat, non licebat. Vnde prophetes ad dominum (*s*): »ut iustificeris« inquit »in sermonibus tuis et uincas cum iudicaris.« Atque ita, sicut apostolus dicit (*t*), »transductis [12] potestatibus Christus condemnauit peccatum in carne affigens illud cruci et chirographum [13] (*u*) mortis absoluens.« Inde

---

[9] aculeus..... peccatum *om. P.* [10] tunc (tc̄) *P.* tum *R.* [11] ipse *e ras. man. 2. P.* [12] transductis *suprascr. prior* s *P.* [13] cyrographum *ras. post* g *P.*

(*o*) 1 Cor. 15. 46. cf. Tert. resurr. carn. 51 (O. II. 535).

(*p*) 1 Petr. 2. 22 = Es. 53. 9. cf. c. 3. Cypr. test. III. 39 (Hart. I. 149). id. de bono pat. 9 (Hart. I. 403).

(*q*) ut diximus] scil. c. 3.

(*r*) ad uictimam duceretur] cf. Es. 53. 7: „sicut ouis ad occisionem ducetur." Act. 8. 32: „tamquam ouis ad occisionem ductus est." Tert. fug. in pers. 12 (O. I. 483): „qui tamquam ouis ad uictimam ductus est," ad quem locum annotat Oehler: „rescriberet aliquis ad uictimandum facillima correctione. Absorpta finali dū per priorem sequentis uocabuli ductus quod supererat uictiman facili opera transiit in uictimam. Sed alii loci in Tertulliani scriptis, ubi idem uersus Iesaiae eisdem uerbis citatur, prohibent. cf. pat. 3 (O. I. 592). adu. Iud. 9 (O. II. 726)." Adde locos Tert. adu. Iud. 13 (O. II. 737). 14 in. (ib. 739). adu. Marc. III. 17 (O. II. 145). IV. 40 (ib. 267). Cypr. test. II. 15 (Hart. I. 80). ep. 13. 4 (Hart. II. 507). Tert. resurr. carn. 20 (O. II. 492): „qui et tamquam ouis ad iugulationem adductus est," quo loco Gelenius et Pamelius legunt „ad uictimam." cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 327.

(*s*) Ps. 50. 6.

(*t*) Coloss. 2. 14, 15. cf. Tert. pud. 19 (O. I. 837).

(*u*) chirographum mortis] = symbolum mortis = syngraphum mortis. „(= peccatum), etenim obligationes etiam ex delictis et maleficiis nascuntur" Oehl. ad Tert. paen. 6 (O. I. 655). Errat u. d.; peccato enim homo debetur morti. Qui igitur peccatum uincit, delet chirographum, quo homo morti est addictus. Chirographum non est peccatum, sed necessitas mo-

est quod non »dereliquit [14] (*v*) deus animam eius apud inferos neque dedit [15] sanctum suum uidere interitum,« inde quod calcatis [16] (*w*) mortis aculeis die tertia [17] resultauit in carne, reconcilians illam deo et restituens [18] aeternitati uicto erasoque (*x*) peccato.

V. Sed si solus ille uicit, quid ceteris contulit? Breuiter audite. Peccatum Adae in genus omne transierat (*y*), »per unum enim hominem« sicut apostolus dicit (*z*) »delictum introiuit et per delictum mors [19], sic et in omnes homines deuenit.« Ergo et iustitia [20] Christi necesse est ut in genus transeat, ac sicut ille per peccatum [21] stirpem suam perdidit, ita Christus per iustitiam genus suum omne uiuificet [22] (*z**). Hoc urget apostolus dicens (*a*): »ut sicut per inobaudientiam [23] unius <hominis> [24] (*b*) peccatores constituti sunt multi, sic *et* [25] per dictoaudientiam unius iusti constitu-

---

[14] dereliquit *P. edd.*. derelinquit *R.* [15] dedit *corr. e* didit *P.* [16] calcatis *suprascr.* s *fin. P.* [17] tercia *P.* [18] restituens *corr. e* praestituens *R.* [19] mors *suprascr. litt.* s *P.* [20] iusticia *P.* [21] peccatum *punctum est sub altera litt.* c, *quae est e ras. P.* [22] uiuificet *ex* uindicauit *man. 2. P.* [23] inobodientiam *P.* [24] hominis *inserui ego.* [25] et *PR. om. edd.*.

---

riendi, quae fit ex peccato. Coloss. 2. 14: „ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν." Tert. pud. l.l.: „nam et soluit liberans hominem per lauacrum donato chirographo mortis." cf. Tert. adu. Prax. 1 (O. II. 654). Tert. paen. l.l.: „quodsi necessitate nobis symbolum mortis indulget, ergo inuitus facit." Mox (c. 7.): „chirographum inobauditionis" affert.

(*v*) Ps. 15. 10. cf. Cypr. test. II. 24 (Hart. I. 91).

(*w*) calcare] = inculcare, despicere, contemnere, spernere. cf. ep. III. 7. Tert. adu. Marc. III. 23 i. f. (O. II. 155). spect. 29 (O. I. 60). Cypr. ad Fort. 11 (Hart. I. 339). de op. et eleem. 24 (ib. 392): „spreto calcatoque iam mundo." ep. 3. 1 i. f. (Hart. II. 470). ep. 6. 2 (ib. 481). ep. 10. 5 (ib. 494). ep. 37. 3 (ib. 578). ep. 55. 9 (ib. 630 i. f.). ep. 59. 13 (ib. 682): „despectis episcopis atque calcatis."

(*x*) eradere] cf. ep. I. 3 i. f.. c. 5.

(*y*) in genus omne transierat] cf. c. 2 in..

(*z*) Rom. 5. 12. cf. c. 2.

(*z**) uiuificet] scil. necesse est. cf. c. 6: „uiuificamur in Christo."

(*a*) Rom. 5. 19, 21. cf. ep. I. 4.

(*b*) hominis] inserui coll. ep. I. 4, ubi idem locus biblicus affertur.

antur [26] multi, ac sicut regnauit delictum in mortem, similiter et gratia regnet per iustitiam in uitam aeternam.«

VI. Dicet mihi aliquis: sed peccatum Adae merito transiuit in posteros, quia ex ipso geniti erant [27], numquid [28] nos a Christo geniti sumus, ut propter ipsum salui esse possimus? Carnalia cogitare nolite, iam uidebitis qualiter Christo parente generemur. Nouissimis temporibus animam utique cum carne accepit Christus ex Maria: hanc uenit saluam facere, *hanc a peccato liberauit* [29] (*c*), hanc apud inferos non reliquit, hanc spiritui suo coniunxit et suam fecit. Et hae [30] sunt nuptiae (*d*) domini, uni carni [1] (*e*) coniunctae, ut secundum illud magnum sacramentum (*f*) fierent duo in carne una, Christus et [2] ecclesia. Ex his nuptiis christiana plebs nascitur (*g*) ueniente desuper spiritu [3] domini, nostrarumque animarum substantiae superfuso et admixto protinus semente caelesti, uisceribus matris inolescimus aluoque eius effusi uiuificamur in Christo. Vnde apostolus (*h*): »primus Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem.« Sic generat Christus in ecclesia per suos sacerdotes, ut idem apostolus (*i*):

---

[26] constituantur *corr. e* constiantur *R.* constituuntur *Tilius.* [27] erant *e ras. P.* [28] *ante* numquid *inserunt* et *edd.*. [29] hanc a peccato liberauit *PR. Tilius. om. edd.*. [30] haec *P.* [1] carne *P.* [2] et *suprascr. R.* [3] spiritu u *e ras. P.*

(*c*) hanc a peccato liberauit] omittunt edd. respecto, opinor, loco ep. III. 14 in: „hanc uenit dominus saluam facere, hanc apud inferos non reliquit."

(*d*) nuptiae] = matrimonium. cf. Tert. exh. cast. 12 (O. I. 754): „bonas nuptias feceris." uirg. uel. 17 in. (O. I. 908): „quae in nuptias incidistis," et saepius.

(*e*) uni carni] explicatio statim additur: „ut fierent duo in carne una."

(*f*) illud magnum sacramentum] cf. Eph. 5. 32.

(*g*) ex his nuptiis christiana plebs nascitur] cf. ep. II. 2: „filius regis, id est populus christianus."

(*h*) 1 Cor. 15. 45. cf. Tert. adu. Marc. V. 10 (O. II. 304). resurr. carn. 51 (O. II. 534). 53 (ib. 538).

(*i*) 1 Cor. 4. 15. cf. Tert. monog. 6 (O. I. 769): „in euangelio ego uos generaui."

in [4] Christo autem [5] ego uos genui.« Atque ita Christi semen, id est dei spiritus, nouum hominem aluo matris agitatum et partu fontis exceptum manibus sacerdotis effundit [6], fide tamen pronuba (*k*). Neque enim aut insertus in ecclesiam uidebitur qui non credidit, aut genitus a Christo qui spiritum *ipsius* [7] non recepit. Credendum est igitur posse nos nasci. Sic enim ait Philippus (*l*): »si [8] credis, pot*est*.« [9] Recipiendus est Christus ut generet, quia sic Ioannes [10] apostolus dicit (*m*): »quotquot eum receperunt, dedit eis postestatem filios dei fieri.« Haec autem compleri alias nequeunt nisi lauacri et chrismatis [11] et antistitis [12] sacramento. Lauacro enim peccata [13] purgantur, chrismate sanctus spiritus superfunditur, utraque uero ista manu et ore antistitis [14] impetra*ntur* [15], atque ita totus homo renascitur et innouatur (*n*) in Christo, »ut (*o*) sicut resurrexit Christus a mortuis, sic et nos in nouitate uitae ambulemus,« id est, ut depositis uitae ueteris erroribus, idolorum [16] seruitute, crudelitate, fornicatione, luxuria ceterisque uitiis carnis et sanguinis, nouos per spiritum mores [17] sequamur in Christo, fidem, pudicitiam, innocentiam, casti-

---

[4] in *om. Migne.* [5] *post* autem *ras. habet P.* [6] effundit *corr. ex* effudit *R.* [7] ipsius *PR. Tilius.* ipse *edd..* [8] *inter* si *et* credis *est ras. P.* [9] potest *R.* pot̄ *P.* potes *edd..* [10] Iohannes *suprascr. man. 2. R.* [11] crismatis *P.* [12] antistitis *prius* ti *e ras.*, *alterum* ti *suprascr. man. 2. P.* [13] peccata ata *e ras. man. 2. P.* [14] antistitis tis *add. man. 2.*, *ras. supra alteram* i *P.* [15] impetrantur *P. priorem* t *suprascr. man. 2. R.* impetramus *edd..* [16] ydolorum *P.* [17] mores s *suprascr. man. 2. P.*

(*k*) fide pronuba] cf. ad ep. III. 3.

(*l*) Act. 8. 37. cf. Cypr. test. III. 43 (Hart. I. 151): „si credis ex toto corde tuo, licet," itaque locum etiam praebet Vulg. omisso uoc. tuo.

(*m*) Ioann. 1. 12. cf. Tert. de or. 2 in. (O. I. 556). Cypr. test. I. 3 (Hart. I. 42). de dom. or. 9 (Hart. I. 272).

(*n*) renascitur et innouatur] cf. ad ep. III. 3. bapt. 1.

(*o*) Rom. 6. 4. cf. ep. III. 6. Tert. resurr. carn. 47 (O. II. 528). pud. 17 (O. I. 830).

tatem, ac »sicut (*o**) portauimus imaginem terreni hominis, portemus et eius, qui de caelo [18] est, quia primus homo [19] de terra terrenus, secundus *de* [20] caelo caelestis.« Quod [21] agentes, dilectissimi [22], iam non moriemur amplius. [23] Etiam si in hoc corpore resoluamur, uiuemus [24] in Christo, sicut ait ipse (*p*): »qui in me crediderit, licet moriatur, uiuet.« Certi [25] denique sumus ipso teste domino (*q*) et Abraham et Isaac [26] et Iacob et omnes sanctos de*o* [27] uiuere [28]. Denique de his ipsis ait dominus (*r*): »omnes autem illi uiuunt, deus enim uiuorum est, non mortuorum.« Et apostolus de se dicit (*s*): »mihi uiuere Christus est et mori lucrum, optarem dissolui [29] et cum Christo esse,« adhuc »nos (*t*) autem dum in hoc corpore [30] sumus, peregrinamur a domino; per fidem enim ambulamus, non per speciem.«

VII. Hoc est quod credimus, dilectissimi [1] fratres. Ceterum »si (*u*) in hoc saeculo sperantes sumus, miserabiliores omnibus hominibus sumus.« Vita mundi et pecudibus et feris et alitibus, ut uidetis ipsi, aut nobiscum est communis aut longior. *Est* [2] illud homini proprium, quod per spiritum suum dedit Christus, id est uita perpetua; sed si iam non

---

[18] daelo *pro* de caelo *R.* [19] homo *e ras. P.* [20] de caelo *ego.* a coelo *R. edd.*. e celo *P.* [21] quod *e ras. P.* [22] dilm̄i *P.* [23] amplius pl̄i *e ras. P.* [24] uiuemur *P.* [25] certi i *ras. corr. ex* e *P.* [26] ysaac *P.* [27] deo *PR. edd.*. dei *Migne.* [28] uiuere *siglum* re *denotans add. man 2. P.* [29] disolui *P.* [30] in hoc corpore *PR.* in corpore hoc *edd.*. [1] dilm̄i *P.* [2] est *P. Tilius.* et *R. edd.*.

(*o**) 1 Cor. 15. 49, 47. cf. Tert. adu. Marc. V. 10 (O. II. 305). resurr. carn. 49 (O. II. 531 sq.). Cypr. test. II. 10 (Hart. I. 75). ib. III. 11 (ib. 123). de hab. uirg. 23 (Hart. I. 204). de zelo et liu. 14 (Hart. I. 429).
(*p*) Ioann. 11. 25. cf. Cypr. de mort. 21 (Hart. I. 310).
(*q*) teste domino] Luc. 20. 37. cf. Cypr. test. III. 32 (Hart. I. 145).
(*r*) Luc. 20. 38. cf. Cypr. l.l.
(*s*) Philipp. 1. 21, 23. cf. Tert. pat. 9 (O. I. 604). spect. 28 i. f. (O. I. 60). (Cypr.) de laude mart. 14 (Hart. III. 37). de dupl. mart. 14 (ib. 229).
(*t*) 2 Cor. 5. 6, 7.
(*u*) 1 Cor. 15. 19. cf. Tert. resurr. carn. 24 (O. II. 498).

peccemus [3] amplius. Quia sicut mors scelere acquiritur [4], uirtute uitatur, ita uita sceleribus amittitur, uirtute retinetur. »Stipendia (*v*) ergo peccati mors, donum *autem* [5] dei uita aeterna [6] per Iesum Christum dominum nostrum.« Ante omnia uos retinete, paruuli, omnes aliquando gentes, sicut supra [7] (*w*) diximus, principibus tenebrarum [8] et potestatibus traditas, nunc per Iesu [9] Christi domini nostri uictoriam liberatas. Ille est, ille qui redimit »donans (*x*) nobis omnia peccata« sicut apostolus dicit (*y*) »et delens quod aduersus [10] nos erat chirographum [11] (*z*) inobauditionis [12], quia et ipsum tulit de medio affigens [13] illud cruci, exuens se carnem, traduxit potestates libere triumphans *eos* [14] in semetipso.« Soluit compeditos et uincula nostra *di*rupit [15], sicut Dauid dixerat (*a*): »dominus erigit elisos, dominus soluit compeditos, dominus illuminat caecos« [16], et iterum (*b*): »dirupisti [17] uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.« Soluti itaque de uinculis [18], ubi per baptismi sacramentum ad signum domini conuenimus [19], diabolo et omnibus angelis eius renun-

---

[3] peccemus *PR. edd.*. peccamus *Migne.* [4] adquiritur *P.* [5] autem *PR. Tilius. om. edd.*. [6] *post* aeterna *ras. habet P.* [7] supra p *crasa lincola corr. ex* per *P.* [8] tenebrarum *corr. e noc., quod legi non potest R.* [9] *post* iesu *ras. habet P.* [10] aduersus *exp.* s *fin. P.* [11] cyrographum *P.* [12] inobaudictionis c *ras. corr. ex* o *P.* [13] affligens *P.* [14] eos *PR. Tilius.* eas *edd.*. [15] dirupit *P.* disrupit *exp. litt.* s *R.* disrupit *edd.*. [16] cecos *altera* c *ras. corr. ex* l *P.* [17] dirupisti *corr. e* disrupisti *R.* [18] uinculis *ras. supra* u *habet P.* [19] conuenimus *siglum* us *denotans add. man. 2. P.*

(*v*) Rom. 6. 23. cf. Tert. resurr. carn. 47 (O. II. 528). (Cypr.) de dupl. mart. 25 (Hart. III. 238).
(*w*) supra] scil. c. 1 i. f..
(*x*) donans] = condonans. cf. ad ep. I. 7.
(*y*) Coloss. 2. 13—15. cf. c. 4 i. f. Tert. adu. Marc. V. 19 (O. II. 332). resurr. carn. 23 (O. II. 496). pud. 19 (O. I. 837).
(*z*) chirographum] cf. ad c. 4 i. f..
(*a*) Ps. 145. 7. 8.
(*b*) Ps. 115. 16, 17.

tiamus [20], quibus ante seruiuimus, ne iam illis ulterius seruiamus sanguine Christi et nomine liberati. Quod si quis posthac [21] oblitus sui et redemptionis ignarus, rursus ad angelorum seruitutem [22] (*c*) et infirma illa et egena mundi elementa (*d*) transierit, antiquis illis compedibus et catenis, id est peccati uinculis alligabitur »et (*e*) fient nouissima eius deteriora prioribus,« quia et diabolus eum quasi *perfugam uinctum* [22*] uehementius illigabit [23] et Christus pro eo iam pati non poterit, quia »qui (*f*) resurrexit a mortuis [24], iam non morietur [25] amplius.« Igitur, dilectissimi [26], semel (*g*) abluimur, semel liberamur, semel [27] regnum immortale suscipimus; semel »felices (*h*) sunt, quorum remissa sunt facinora et quorum tecta [28] sunt peccata.« Tenete fortiter quod acceperitis [29], seruate [30] feliciter, amplius peccare nolite. Puros uos ex eo et immaculatos [1] in diem domini reseruate. *Gaudia* [2] et (*i*) infinita [3] sunt praemia fidelibus praestituta, »quae (*k*) nec oculus uidit« inquit »nec auris audiuit, nec super cor

---

[20] renuntiamus (renūtiamus) *ras. post* n *et post* m *habet P.* [21] post hac *iunxit man. 2. P.* [22] seruitutem *pro* seruitutes *man. 2. R.* seruitutes *P. edd..* [22*] perfugam uinctum *pro* per fugam uictum *ego.* [23] inligabit it *e ras. P.* [24] *inter* mortuis *et* iam *ras. habet P.* [25] morietur *corr. e* moritur *P.* [26] dilmi *P.* [27] semel regnum immortale suscipimus *PR. Tilius.* semel in regnum immortale suscipimur *edd..* immortale *corr. ex* in mortale *R.* [28] tecta peccata sunt *siglum* ꝛ *supra* a *finales add. man. 2. P.* [29] acceperitis *PR.* accepistis *edd..* [30] seruate a *e ras. P.* [1] immaculatos *altera* a *corr. ex* o *P.* [2] gaudia *P.* grandia *edd..* grandia *man. 2. pro* gratia *R.* [3] infinifita *P.*

(*c*) angelorum seruitutem] cf. Coloss. 2. 18. Tert. adu. Marc. V. 19 (O. II. 332).

(*d*) infirma et egena mundi elementa] cf. Gal. 4. 9.

(*e*) Luc. 11. 26.

(*f*) Rom. 6. 9. cf. ep. III. 9 i. f.

(*g*) semel] = in perpetuum, nostrum eens voor altijd. cf. ad ep. III. 9.

(*h*) Ps. 31. 1 = Rom. 4. 7. cf. Tert. Scorp. 6 (O. I. 512).

(*i*) et] intensiuum. Num delendum?

(*k*) 1 Cor. 2. 9. cf. Es. 64. 4. Tert. resurr. carn. 26 (O. II. 501).

hominis ingressa sunt (*l*).« Haec uti accipere possitis, iustitiae laboribus et uotis spiritalibus [4] obtinete. Amen [5].

---

[4] spiritalibus *Migne*. spālibus *P*. spiritualibus *edd*.. [5] amen *R. om. P.* Explicit *R.*

(*l*) super cor hominis ingressa sunt] = „in cor hominis ascendit." Vulg.

CORRIGENDA.

Praef. p. XI. us. 1			lege: cum Saluiano et Sulpitio Seuero.
Ep. I. 4 (p. 12)	annot.	30	„ : iusti *om. PR. inserunt edd.*.
„ I. 5 (p. 13)	„	(*q*)	dele uerba: c. 5: „tarda solamina ingerere."
„ II. 2 (p. 27)	„	(*v*)	lege: quod per saecula tanta non ceciderit."
„ II. 4 (p. 31)	„	30	adde: atqui nego *R. Migne*.
„ II. 4 (p. 32)	„	19	lege: cariosas.
Paraen. 2 (p. 102)	„	(*s*)	„ : ecclesiae disciplina.
„ 10 (p. 120)	„	(*t*)	„ : senectutem.